



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Microsynodus Norinbergen.**

**Mosham, Ruprecht von**

**[Köln]**

**VD16 M 6434**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36760**






Pa. 1352.

F  
243






mit seligem  
vater vater  
singem  
in christ  
I und laus.

et vult.  
vult.  
Anbist  
in vult.

et  
vult.







26  
Ihrem gahret zu Greste und euer seligung  
abzuehen ist dinsten. Alende. vord. vord.  
Lindung. wilhig. and. fügen. gesungung  
Wardung. ihu. ihu. ihu. ihu. ihu. ihu.  
oder. Christ. in. die. die. die. die. die. die.

27  
O Jesu Christ weigere mich nicht weils.  
Denn du bist mein angst weils. weils.  
für mich. ohne. ohne. ohne. ohne. ohne. ohne.  
Und mich. dich. dich. dich. dich. dich.

28  
Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist. Ist.  
Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du. Du.  
Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann. Wann.  
Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel. Viel.



Daß mich erger gantz all megen geschick  
Vnd megen ofen fornen unick.  
Wann megen jünge megen in den hieße  
Vnd megen ofen megen jünge gedrecket.  
Wann megen erger gantz sich megen erger  
Vnd megen all megen sich jünge zumeilen  
So kann der Ofen megen erger  
Zu sich ofen megen erger  
Vnd für mich auf der jünge erger  
Erger megen auf der jünge erger  
So kann der Ofen megen erger  
Wider die jünge hieße erger  
Bis sich der Ofen erger erger  
So kann der Ofen megen erger  
Der Ofen erger der jünge erger  
Bis sich der jünge erger auf jünge zu



Dein heilig offentliches  
den Jungfrauen das meine Himmels  
Und meine Seele nicht mehr  
Auch gedenke mich das Eubrum  
Weg die fast zugehörig  
Ihm die weisheit das meine  
peruange foruange ist sage  
Wage mich was die gute wird gelobt  
Der was die nicht kann  
Viele die doch nicht  
Viele ob die geliebt für  
Macht nicht sein  
Sindes ist will mich  
Ihm was mich das  
Viel zu nicht  
Der soll ich dann



Im heiligen Geiste  
Das zu Gutes mit ja gemüthlich  
Mit Gutes Verzeihung all unser Sünden  
Hilf das wir nicht weiter müde werden  
Sich unser Sünden kein länger sein  
Auch unser zerbrochenes Heil machen  
Denn was da ja werden soll ist  
Bist unser mit Gutes salblich. Amen  
D. Paulus Eborac.



# MICROSYNO

DVS NORINBERGEN

ROMANA NON GERMANICA,

quam Rudbertus à Mosham doctor, Decanus  
Patauien. sereniss. Ro. Regis Ferd. consiliarius  
cum Senatu & Ecclesiastis Norinbergen.

summo pietatis & ueritatis studio,  
corrigendi & emendandi

Lutherismi causa  
celebrauit:

Qua denique Babylonica MERETRIX magna,

illiusque primogenitus ANTICHRISTVS,

in doctrina & Ecclesia LUTHERANORVM

sedens & regens,

reuelatur

& gladio spiritus iugulatur,

simulque Norinbergen. Ecclesiarum  
epistola respondetur.

Ioannes Eleutherius excudebat,

Anno M. D. XLI.





Verbum abbreviatum fecit dominus super terram.  
 Vnum est necessarium, Solummodo crede.  
 Cognosce deum, Cognosce teipsum.



# SANCTISSIMO

D. N. PAVLO III. SVMMO PONTI

fici, Gratiam & pacem, in primis tam

men cognitionem *ϥι πονεδ'σσ. &*

unitrini uerbi, per Chri-

stum IES VM domi-

num nostrum,

RVDBERTVS A MOSHAM

D. Decanus Patauiē. serenifs. Ro.

Regis Ferd. Consiliarius

ex toto pectore

exoptat.



*Non dubito Beatiſſ.  
pater, nec unquā ab  
initio Pontificatus  
tui. dubitavi, quin  
ſanctitati tuæ nihil  
gratius & optabili  
us accidere poſſit,  
quā ſi clementiſſi  
mus Deus cælitus  
delapſum certū, fir*

*mmum & diuinum quoddam conſilium cuiſciam morta-*

*A ij*



## EPISTOLA AD

lium infanitteret, quo pernicioſa illa & horribilis religionis fideiꝫ noſtræ contentio breui manu, ueluti uirgula diuina componi & ſedari poſſit, ut liceret tandem S. tuæ iam ſc̄hi & morti uicino, qui per ætatem naturali modo diu iam multumꝫ uiuere non poſſit, tanquam ſummo nauiculæ Petri nauclero & patriſamilias totius reipublicæ Chriſtianæ & uniuerſalis eccleſiæ CHRISTI bene & prudenter ordinatis & compoſitis rebus, ex hoc mortali & carnali tuo tabernaculo (quo & ipſe homo concludus es) ad ſuperos demigrare. Vbi rationem redditurus es huic, cuius uices geris in terris. De hac tua ſyncera pietate & Chriſtiano animo te maxime digno ſtatim ab inauguratione tuæ Pontificiæ adeptæ dignitatis certior factus, totius Chriſtianæ reipublicæ nomine uehementer gauſus & exbilaratus ſum. Et adeo quidem, ut nihil reformidarem, grauiſſima & ſecretiſſima quædam animi mei celitus donata & ſingulari gratia dei reuelata conſilia (quibus res religionis facile & celeriter componi poſſe uidebatur) quæ S. tuæ unâ cum ornatiffimo Cardinalium collegio, ſecreto & priuatim communicare decreueram reuerendiſſimo D. Ioanni Morano epiſcopo Mutinen. in aula Regia nuncio



SVM MVM PONT.

apostolico, tuo nomine aperire, & de scripto in faciem legere. Qui quamuis atrociam & abominandam quaedam, uera tamen & efficaciam de Antichristo, de qua meretrice illa Babylonica magna purpurata et ebria de sanguine sanctorum, in ecclesia Romana & uniuersali sedente, regente & contra uerbum unitatis fornicante, patientissimis sane auribus, quibus maxime tunc opus erat, audiret: Tandem scripturarum & consilij mei firmitate & certitudine atque adeo ipsa ueritate, quae etiam nonnunquam ab inuitis pectoribus erumpit, uictus & expugnatus, bonam & plane Christianam confessionem professus est, & libero ore & uultu sese, si pontifex maximus esset, consilij meis obtemperaturum (quamuis in orbe Christiano magnus futurus esset motus, rerumque omnium mutatio & alteratio) affirmavit & testatus est. Quid multis? Consilia mea, quin potius CHRISTI illiusque potentissimi uerbi, tanti fecit, ut ad preces meas & sanctitati tuae scriberet, & me Romam aduocandum suaderet. Ne autem in me ulla mora & eo ueniendi difficultas esset, scripsi & ego sanctitati tuae, & reuerendissimo Cardinali Domino IACOBO SADOLETO, atque me non solum uenturum

A ij



EPISTOLA AD

obtuli, sed etiam summis precibus, ut quam primum aduocarer contendere, & quid me ad id permoueret quod diligentissime perscripsi. Et quamuis ad eam tam piam petitionem meam, per literas reuerendissimi D. Sadoleti nomine S. tuae uocatus fuerim, non tamen fui aduocatus ut cupiebam. Adeo ut ista profectio & secreta ac priuata admonitio, quam coram S. tuae exponere uolebam, non ulla mea, sed tua tuorumque Cardinalium culpa impedita fuerit. Nam expensarum, quibus Romam publicae utilitatis, non mea ulla priuata causa uenire uolebam, in literis aduocatorijs nulla mentio facta fuerat. Praeterea deerant epistolae Pontificiae, quas a S. tua ad reuerendissimum principem & administratorem, atque capitulum ecclesiae Patauien. perscribi petebam, ut mihi ab ecclesia & residentia discedere, & Romam uenire liceret. Cum itaque redita epistola reuerendissimi D. Iacobi Sadoleti, haec tam necessaria, sine quibus uenire non poteram, deesse uidebam, rursus atque iterum Romam perscripsi, & quibus ad eam profectionem opus erat, significauit. Offerens me etiam meis impensis ultro uenturum, modo per Administratorem & capitulum Patauien. a continua residentia discedere liceret; id sane ad literas Apostolicas et Pontificias, facile impetrari posse



SVMMVM PONT.

significabam. Sed ut rem prolixam paucis comprehen-  
dam, petitio & ingens pollicitatio mea grauiſſimi &  
omnium pulcherrimi negocij, tum propter cōtemptum  
quendam & incredulitatem, q̄ res fortasse maior ui-  
deretur, quàm à me præſtari poſſit, tum propter ab-  
ſentiam reuerendiſſimi D. Iacobi Sadoleti, qui eo tē-  
pore in Gallia erat, tum etiam propter ambitionem  
reuerendiſſimi Cardinalis Tridentini, qui conſilio-  
rum meorum particeps, uolens me unà ſecum ad conci-  
lium, quod tum Vincentiæ indictum erat, adducere,  
litteras ad Cardinalem Sadoletum à me ſecundario  
receptas, de industria retinuit, easq̄ nec tranſmiſit,  
nec reddidit.

Hæ breuiter cauſæ erant, cur ad petitionem &  
ſpontaneam oblationem & denunciationem meam, et  
ad S. tuæ uocationem cum ſecretiſſimis atq̄ grauiſſi-  
mis conſilijs meis (quibus S. tuæ iuxta Chriſti præce-  
ptū, intra te & me ſecreto & priuatim de abominan-  
dis & deteſtandis erroribus & abuſibus in eccleſia  
Chriſti tollendis & abrogandis, admonere & adhor-  
tari uolui) Romam non uenerim. ſic nimirum altiſſi-  
ma & omnium prudentiſſima dei uoluntate & conſi-  
lio diſponente, ut prophetiæ & apoſtoliciſſimæ ſcripturæ  
implerentur, quæ habent: Quòd meretrix illa magna



## EPISTOLA AD

Babylonica & Romana cum primogenito suo Antichristo, coram toto terrarum orbe & in conspectu omnium gentium de impia sua fornicatione contra uerbum Christi Iesu confundi et pudesceri debeat, ut præ pudore & confusione os aperire ei non liceat, Ezech. xv. Quia scient gentes quod capta est domus Israel, meretrix illa regia & purpurata in iniquitate sua, et quod deliquerit plus impia, quam omnes gentes, quæ circa eam sunt, Ezech. v. xiiij. & xxxix. In hoc enim deficit & per incredulitatem concidit ecclesia Romana, ut per lapsum illius aperiatur uia salutis Iudæis & omnibus gentibus terræ, in hoc, ut eos ad æmulandum per uocaret. Et ut olim ab Apostolo dictum est Iudæis, Non Iudæorum deus tantum, sed & gentium: Sic nunc nobis dicendum & credendum est, Non Christianorum deus tantum, sed & Iudæorum & omnium gentium terra. Nam ut olim Petrus, sic & ego in ueritate et uerbo dei & Christo Iesu comperi, quod non est personarum respectio apud deum: sed in quauis gente, qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi, Acto. x. Deus enim charitas est, quæ in Christo incarnata est: qui manet in charitate, in Christo manet et Christus in eo. Quapropter gloria, honor & pax omni operanti bonum, Christiano primum, simul & Iudæo &



SVMVM PONT.

Turca & omni gentili. Nō est enim & iuxta Paulum omnium gentiū apostolum, respectus apud deum. Quicumq; enim sine lege & euāgelio peccauerūt, sine lege & euāgelio peribunt. Et quicumq; in lege & euāgelio peccauerunt, p̄ legē & euāgeliiū iudicabuntur. Non enim auditores legis & euāgelij iusti sunt apud deū, sed factores legis et euāgelij iudicabuntur. Nā cum gētes & Iudaei, q̄ legē & euāgelium nō habēt, natura & gratia quae legis & euāgelij sunt, fecerint: hi legem & euāgelium non habētes, sibiipsis sunt lex & euāgelium, qui ostendunt opus legis & euāgelij scriptum in cordibus suis, simul attestāte illorum conscientia & cogitationibus inter se accusantibus, aut et excusantibus in eo die, cū iudicabit deus occulta hōim iuxta euāgelium meū per Iesum Christum, Ro. ij. Et possem ulterius cū Apostolo ad Rom. ij. ut ille olim Iudaeis, sic ego nunc Romanis & Lutheranis omnibus Christianis in uarijs sectis p̄ incredulitatē dispersis optimo iure & diuino spū dicere: Ecce tu Christianus cognominaris, & acquiescis in euāgelio, & gloriaris in Christo, & nosti uoluntatē, ac probas eximia institutus ex euāgelio, confidis te ducē caecorum, lumē in tenebris uersantium, eruditore insipientium, doctore imperitorum, habentē formam cogitationis ac ueritae

B



· EPISTOLA AD ·

tis per euangelium. Qui igitur doces alium, teipsum non  
 doces: quod praedicas non furandum, furaris: quod dicis non adul-  
 terandum et fornicandum, adulteraris et fornicaris car-  
 naliter et spiritualiter. Qui execraris simulacra, sacri-  
 legium in uerbum dei, cui non credis, admittis. Qui de  
 euangelio gloriaris, per euangelij transgressionem deum de-  
 honestas. Nam nomen Christi propter uos blasphematur  
 et male audit iter Iudaeos, Turcas et omnes gentes terrae,  
 quemadmodum scriptum est. Nam fides quae Christiana pro-  
 dest, si legem Christi seruaueris: quod si transgressor legis  
 Christi fueris, fides tua in Iudaismum et Paganismum  
 uersa est. Ergo si Iudaismus et Paganismus iustifica-  
 tiones legis Christi seruauerit, nonne Iudaismus et pa-  
 ganismus illius pro fide imputabitur, et iudicabit, quod  
 est ex natura Iudaismus et paganismus, te quod pro littera  
 euangelij et externas caeremonias fidei et baptismi  
 transgressor es legis Christi? Non enim quod in manifesto  
 Christianus sit, Christianus est: nec ea quae in manife-  
 sto fides carnis sit, fides est. Sed quod in occulto Christia-  
 nus fuerit, is Christianus est: et fides cordis fides est,  
 quae spiritu constat, non littera et carne, cuius laus non ex  
 hominibus sed ex deo est. Sic tota epistola ad Romanos, olim  
 ab Apostolo scripta in uirtute et spiritu uerbi dei contra  
 Romanam ecclesiam, illiusque magnam incredulitatem et con-  
 tra meretriciam in Paganismo, quam Lutherismo regentem



& sedentē, cōverti pōt, ut uideat et palpet externa ec-  
 clesia nostra, q̄ in iniquitate sua capta sit, et q̄ plus de-  
 liquerit impia q̄ oēs gentes quæ circa eā sunt, q̄a uerbo  
 dei nō credidit. Sed quæadmodū Iudæi & carnalis do-  
 mus Israël Christum carnaliter cōprehensum flagella-  
 rūt, coronarūt, crucifixerunt, et morti tradiderūt: sic  
 Ro. ecclesia spiritualis domus Israël, Christum in uer-  
 bo suo spūaliter cōprehensum & captū flagellauit, cru-  
 cifixit, & quātū in ea fuit, morti tradidit & sepeliuit:  
 sicut in libris nostris monarchiæ et palingenesiæ fidei  
 clarissime demonstrauimus & pbauimus, & in micro-  
 synodo Moguntina germanica hæctenus publicauimus,  
 ut grauissima nostra pēta & abominatiōes in ec-  
 clesia nostra agnoscamus, et pniā celeriter agamus.  
 Sic enim oportet nos ab incredulitate ad fidē uerā con-  
 uerti, & spū & igni rebaptizari, qui p opa carnis &  
 occidentis & mortuæ literæ a uerā fide excidimus, ut  
 tandem iugulato Antichristo, & Christi noīe clarifi-  
 cato et illustrato, pueniamus oēs i mysterio & p uerā os  
 unōis, in unitatē fidei & agnitōis filij dei, in unū cor-  
 pus, in uirum illum pfectum, & in mēsram ætatis ple-  
 næ adultæ Christi, Ephest. iij. Quemadmodum enim  
 olim Christus, cum surrexisset, discipulis suis præ gau-  
 dio non credentibus & mirantibus, mentem & sen-  
 sum aperuit, ut intelligerent scripturas, & dixit:

B ij



## EPISTOLA AD

Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc  
 essem uobiscû, quod necesse fuerat impleri omnia quæ  
 scripta sunt in lege Moysi & prophetis de me. Et  
 subiunxit & dixit: Sic scriptû est, sic oportebat Chri-  
 stum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædi-  
 cari in noie eius poenitentia & remissionẽ peccatorum  
 in omnes gentes, initio factõ ab Hierosolymis. Sic ego  
 secûdum delegationẽ æterni uerbi fidei & charitatis  
 Iesu Christi, S. tuæ tanq̃ summo & Max. Pont. totiûs  
 ecclesie Romanæ cum omnibus sectis Babylonicæ me-  
 retricis, ab unitate uerbi ad confusionẽ Babel desciscẽ-  
 tibus, denuncio & dico: Sic scriptû est, & sic oportebat  
 Antichristû, antitypû, hostẽ & aduersariû Chri-  
 sti in mûdo & ecclesia nasci, augeri, cõsummari, & p̃  
 eundẽ Antichristum sp̃ualiter Christû in uerbo suo  
 diuine unitatis flagellari, crucifigi & mortificari, ut  
 tandẽ rursus Christus in uerbo suo spiritu aliter etiam  
 renascatur, resurgat, et nomẽ illius secundario glorifi-  
 cetur & illustretur, iuxta clarissimã & singularẽ pro-  
 missionẽ, Christo in terris agẽti cælitus denunciãtam  
 Ioan. xij. Esa. xi. Vt tandẽ iuxta prophetarum & scri-  
 pturarum testimonia, Antichristus gladio spiritus  
 & aduentu atq; claritate uerbi & nominis sui abolea-  
 tur atq; interficiatur, et in noie omnipotẽtissimi uerbi



fidei & charitatis in unitate & trinitate fidei & poenitē-  
tia & remissio peccatorū prædicetur, nō solum inter  
Christianos, sed etiā Iudæos, Turcas, Mauros et Sar-  
racenos, & inter oēs gentes terræ. ¶ Quēadmodū enī  
olim deus in Aegypto ad illustrationē noīs & omni-  
potentiæ suæ excitauit Pharaonē aduersarium & ho-  
stem populi Israëlitici, tanq̄ antitypum quendā suæ di-  
uinæ uoluntatis & ecclesiæ, sicuti scriptura dicit: In  
hoc ipsum excitauit te, ut ostendā in te potentiā meam,  
& ut annuncietur nomen meū in tota terra: Sic cōtra  
ecclesiam Christi sponsam illam irreprehensibile sine  
macula & ruga, excitata est meretrix illa magna, re-  
gia, purpurata, Pharaonica & Babylonica, ecclesia  
non dei, sed synagoga satanæ, in qua contra Christum  
excitauit deus Antichristum, aduersarium & hostē  
Christi, antitypum illius, Pharaonē illum magnum to-  
tius Aegypti, hoc est, totius orbis terræ, q̄ plenus est  
omni cecitate & tenebrarum, ut Christus ostendat  
in eo iugulando potentiā suam sicut uerbi, & ut annun-  
cietur nomen Christi iuxta scripturas p̄pheticas &  
euangelicas in uniuersa terra, ut sit laudabile nomen  
Christi ab ortu solis usq̄ in occasum, & magnum no-  
men domini in gentibus. ¶ Cum uero in nostra mo-  
narchia et palingenesia fidei, quatuor summos capi-



EPISTOLA AD

tales et principales Antichristos, ueluti quatuor patriarchas satanae in orbe terrarum regere & sedere asseramus, quorum hactenus duos publicauimus, et gladio spiritus iugulandos aggressi sumus, nempe alterum in Babylonico Papismo & ecclesia Romana sedentem & regentem, alterum uero in Lutherismo & secta Lutherana subtiliter contra uerbum grassantem & fornicantem. Reliquos duos primarios dei hostes et Antichristos, S. tuae sacratiss. Caesari Carolo, Regi Ro. una cum principibus, Electoribus, aliquando reuelaturi, & uirtute dei iugulaturi. ¶ Cum uero beatus pater S. T. tanquam summi pastoris & archiepiscopi orbis Christiani, plurimum intersit scire arcanum illud & sapientiam illam in mysterio absconditam, qua perniciosissimi illi quatuor Christi Iesu illiusque omnipotentissimi uerbi hostes & Antichristi, ab ecclesia nostra extirpari, & uerbi potentia interfici possint ac debeant, ut tandem S. T. uerus pontifex uniuersalis et unius oculus unus pastor esse possit: Eapropter uolui S. tuae microsynodum Norinbergensem Romanam, ueluti tyrocinium & experimentum doctrinae meae, qua Antichristum Lutheranum et in Lutherismo regentem, et inaudito fastu & superbia furentem ac fornicantem, iugulandum aggressus sum, inscribere et dedicare, ut S. T. ἀπό τῆς μοναχίας, ἀπό τῆς ἐκείνης, ἀπό τῆς μοναχίας, ab unitate, ab uno & paruo, ab una microsynodo, atque



SVMMVM PONT.

a deo ab una micrapoli Norinbergen. exēplū & nor-  
 mā desumere possit, quo pacto cum oibus Lutheranis  
 microsynodus celebranda, & totus Lutherismus corri-  
 gēdus & emēdandus, aut, si Lutherani uerbo uerita-  
 tis, ad quod haectenus ingētibus et importunis clamori-  
 bus puocārunt, assentiri nolint, condēnandus sit. Præ-  
 terea ut S. tuæ facile psuaderem, et certā fidē facerem,  
 uerbum unitatis, quod deus cælitus mihi reuelauit &  
 manifestauit in reliqs antichristis cōficiēdis, et præser-  
 tim in Romano, q̄ reliquorum oīm caput est uigulādo,  
 uiuum potēs & efficax futurū, & id quidē cum maxia  
 gloria & autoritate sedis Ro. & summa tranquillitate  
 totius ecclesie Christi, q̄ à meretrice magna in spon-  
 sam Christi mundā sine macula et ruga, & à Babylone  
 in Hierusalē nouā, à Babel, hoc est à cōfusiōe, mul-  
 titudie et uarietate sectarū, in unitatē fidei et uerbi re-  
 generabitur & renouabitur. Et ut epistolam hanc nun-  
 cupatoriam S. tuæ dedicatā, tandē latissimo nuncio cō-  
 cludam, possum S. T. & Reuerendiss. et illustriss. col-  
 legio cardinaliū optima et cōstanti fide testari, annūci-  
 are et dicere, quēadmodū nato Christo carnaliter an-  
 gelus domini nūciauit pastorib. sup gregē excubantib.  
 atq; dixit: Ecce ego annūcio uobis gaudiū magnū qd̄  
 futurū est toti populo, q̄ natus est uobis saluator i ciuitate  
 David: Sic ego i uirtute et ueritate uerbi dico et  
 attestor S. tuæ, unā cū sūmis pastorib. ecclesie Christi:



## EPISTOLA AD

Ecce ego annūcio uobis gaudiū magnum, quod futurū est toti populo, quia Christus in uerbo suo renatus, regeneratus & illustratus est, iuxta clarissimas & indubitatissimas scripturarum p̄missiones & uaticinia. Et sicuti sub Augusto Casare orbis monarcha, nato Christo uero illo caelesti monarcha, pax erat in uniuerso terrarū orbe: sic nunc sub Augustiss. Carolo Casare, Antichristo iugulato, renato & illustrato nomine & uerbo Christi, pax cōibit in toto uniuerso mundo, ut S. tua tam longe lateq; sit pontificatura, q̄ sacra Cas. M. imperatura, modò S. T. uerbo unitatis crediderit, Christum confitēs, & Antichristum illiusq; mendax & fallax uerbū abnegans. Reliquas microsynodos, nempe Moguntinā, Treuerinā & Colonien. cum tribus illis principibus celebratas, q̄bus dubio p̄cul ecclesia Christi ab erroribus oībus emundari & noua Hierusalem aedificari potest, cūrabo q̄ p̄mū unā cum formula nouae aedificandae Hierusalē, in linguā Latinā q̄ diligentissime uerti, & S. T. q̄ citissime fieri potest transmitti, ut uideat S. T. studia mea esse non solū consilio, sed omnium Christianorum principū auxilio dignissima. Vale, meq; sacratiss. & inuictiss. Casari & Ro. Regi per literas tuas q̄ studiosissime commenda. Data Colonia Agripp. xij. Iunij, Anno M. D. XL.



# EPISTOLA

RVDBERTI A MOSHAM DOCTORIS,  
Decani Patauicē, Regij consiliarij, ad quatuor Ecclesi-  
stas Norinbergeñ. quam idem Decanus cum scriptis &  
libellis quinq; in religionis & fidei causa & contentio-  
ne, eisdem Ecclesiastis, ueluti xenioli loco, & fraternæ  
correctionis gr̃a, in discessu suo à Norinberga, reliquit,  
Mense Octob. anno M. D. XXXIX,

## VENERABILIBVS,

Egregijs & excellentibus uiris ac dominis,  
Doctori Venceslao Linck, Andrea Osian-  
dro, & Thomæ Venatorio, atq; etiam Vito  
Theodoro, Ecclesiastis Norinbergeñ,  
Fratribus in Christo dilectis,  
S. D.



*Vm ex professo & re & uer-  
bis Lutherismum, quem dogma  
nostrum non minus oppugnat q̃  
Papismum, humanitates uestræ  
& confiteri & docere publice  
& priuatim soleant, idq; doctri-  
næ genus contra meam sententi-  
am (à qua me reuocare tantopere conamini) defende-  
re ac tueri uelle promiseritis, utq; summam doctrinæ  
meæ paucis cōprehenderem, & in scripta redigerem,*

a



EPISTOLA AD ECCLESIA,

quo fraternam charitatem & sinceritatem de ea certius iudicari possit. senatus decreto in unum coacti, coram petieritis. Ea de causa, impraesens exhibeo & transmittito scripta quatuor hic una obsignata, ex quibus mentem & intimam cordis mei opinionem, ueluti testimonium conscientiae, dextera & chirographo meo testatam, planissime perspicere licet, ut intelligant tandem humanitates uestrae, id ipsum quod tanto cordis ardore, & tanta linguae & oris uehementia effero & praedico, scripto quoque profiteri me non solum audere, sed & uehementer gaudere. Iam uestri officij & fidei data erit, de his sincere ac pie iudicare, mihi quamprimum respondere, & longe sepositis humanis affectibus, mea ne an uestra doctrina a uero sacrae scripturae scopo absit, conscientia & ueritate teste pronunciare & decernere. Quod si uerbum dei & ueritatis, huius contentionis, sincero corde, fide & charitate non ficta, iudicem constitueritis, nulla appellatione & prouocatione a uestra sententia & decreto opus fuerit. Valete.  
Datae Norinbergae XVI. Octob. 1539





**POSTSCRIPTA** <sup>Rogo</sup> <sup>etiã hu</sup>  
 manitates uestras per fidem, qua christianus christia  
 no tenetur & obligatur, cum personis & doctoribus  
 à senatu Norinbergen. ad causam meam audiendam,  
 & iam auditã & intellectam deputatis promiserim,  
 cuilibet me dare uelle in scriptis, summam doctrinæ  
 meæ, q̄ uelint unicuiq; illorum hanc compendiosam &  
 breuem sententiam de articulo Iustificationis, cum re  
 liquis tribus scriptis hic unã inclusis, ad petitionem il  
 lorum communicare, & describendi copiam facere.  
 Non potui enim per occupationes grauiore, & tem  
 poris angustiam, qua hinc discessum paro, unicuique  
 separatim in manus dare, abunde sufficere existi  
 mans, si humanitates uestræ, tanquam primariæ perso  
 næ id habeant, quo uoluntati & cupiditati omnium sa  
 tisfieri possit. Iterum in domino ualete.

**ET** quibus aliquibus senatoribus uiris grauibus et  
 doctis, priuatim scripta prædicta priusquã hisce inclu



EPISTO. AD ECCLE. NORINBERG.

derētū ostenderit, tamē cum toti senatui me etiānum  
summam doctrinæ meæ dare & exhibere uelle polli-  
citus sim, prout ab illis ipsis senatoribus fidei datæ  
admonitus, recolo: Eapropter per communem omnium  
nostrum fidem, humanitates uestras rogo, uelint non  
solum deputatis illis à senatu, sed etiam ipsi senatui,  
quatuor illa scripta, optima fide communicare atq;  
communia facere: quod si ultro fecerint, non est quod  
senatus uel à me, uel ab humanitatibus uestris id re-  
poscat. Nunc tertio in Christo ualete, & quàm pri-  
mum respondete.

RVDBERTVS à Mosham  
Doctor, Decanus Patauiensis,  
suapte manu subscripsit.

Obsignatis literis, accessit quatuor libellis  
illis quintum quoddam scriptum, cui titulum  
fecimus, Responsum Theodidacticum ad  
questionem & sophisma Ostiandri &c.





# SENTENTIA

BREVIS ET COMPENDIOSA RVD-  
berti à Mosham Doctoris, Decani Patauicē, de summo  
articulo iustificationis, qui nunc passim contrauertitur,

Ad quatuor Ecclesiastas Norinbergenē, nempe  
doctorem Venceslaum Linck, Andream

Osiandrum, Thomam Venatorium

& Vitum Theodorum,

à die xiiij. Octob.

Anno 1539

**PRIMO** *asserit Decanus, q̄ ista locu-  
tio & doctrina, indifferēter  
& more Lutheranorū prolata & prædicata: So-  
la fides iustificat, Opera non iustificant: non solum  
sit scandalosa, sed plane impia, contra scripturas  
euangelicas & apostolicas, & id quidem multipli-  
citer & uarijs de causis.*

*In primis, quia uera, efficax & iustificās fides, nunq̄  
est sola, quia perpetuo & inseparabiliter secum ha-  
bet & in se comprehendit uerbum & charitatem.*

*Et quemadmodum uera & efficax fides nunquam est  
sola, sic etiam uerum & efficax uerbum dei, nunq̄*

a ij



DE FIDE MONARCHA

est solum: Quia perpetuo & inseparabiliter secum  
habet fidem & charitatem.

Et ut uerbum dei uerum & efficax nunquam est so-  
lum, sic uera diuina & efficax charitas nunquã est  
sola: Quia perpetuo & inseparabiliter secum ha-  
bet & in se claudit fidem & uerbum.

Ex his consequitur & declaratur, q̄ fides iustificans  
nunquam simpliciter sit sola, monacha & solitaria:  
Sed est sola, quemadmodum deus solus est, qui est  
trinus solus & unus.

Ergo fides sola, monacha & solitaria, quæ est absq̄  
uerbo & charitate, absq̄ lege fidei & obedientia,  
non iustificat.

Ex quo infertur, q̄ ista locutio & doctrina, Sola fides  
iustificat, sit scādaloſa & periculosa, uertens liber-  
tatem spūs in licentiã carnis & peccādi occasiõẽ.

Et quãuis huiusmodi locutio, Sola fides iustificat, per  
se sit periculosa & scādaloſa: tamen fit scādaloſi-  
or & periculosior, cum additur: Opera non iustifi-  
cant. Nam quãuis, qui sic periculose & scādaloſe  
dicunt & docent, Sola fides iustificat, aliquo præte-  
xtu scripturarum se tueri possunt, q̄ recte dicantur,  
quemadmodum recte dicitur si recte doceatur, Sola  
fides iustificat: Tamen cum addunt indifferentes,



confuse & absq; discrimine, Opera non iustificant, seipos produnt, q; plane fidem monacham & solitariam absq; uerbo & charitate docent.

Nam cum nullam differentiam & discrimen, more Apostoli Ro. III. VII. & VIII. faciant inter opera fidei & opera incredulitatis, inter opera dei & opera diaboli, inter legem dei & legem peccati, inter legem fidei & operum, inter legem spiritualem & carnalem, inter legem spiritus uitæ, quæ nos liberos reddit à iure peccati & mortis, & inter legem spiritus mortis, quæ nos seruos reddit peccati & diaboli: manifeste declarant, se uerbum & charitatē à fide separare. Nam cum dicunt, *Sola fides iustificat, Opera legis non iustificat, nec addunt differentiam legis & operum, confusa & indocta locutione auditores seducunt & perplexos reddunt, male secantes, iuxta Apostolum, uerbum ueritatis. Separant enim legem dei & fidei à deo & à fide, effectum à sua causa seiungentes. Et sic fidem à dextra priuant uerbo, cum in uerbo sit lex dei & lex fidei comprehensa, & absque uerbo & lege uoluntas dei intelligi & præstari non possit, Deinde huiuscemodi locutione & doctrina à sinistra priuant & castrant fidem charitate.*



## DE FIDE MONARCHA

Nam cum dicunt & docent: Sola fides iustificat, Opera non iustificant: nec faciunt differentiam inter opera fidei & opera infidelitatis, inter opera carnis & opera spūs, inter opera fidei, noui testamēti, nouæ creaturæ, fidei per dilectionē operantis, & inter opera legis ueteris fermenti & incredulitatis: planissime charitatem à fide auferunt & separant, docentes ueram fidem monarcham, à dextra carētem uerbo, à sinistra charitate. Præterea ista locutio, Sola fides iustificat, etiam si non addatur: Opera nō iustificant, non solum est scandalosa & periculosa, si more Lutheranorum proferatur & prædicetur, sed etiam insolita & hyperbolica, præter usum scripturæ sacræ. Nam Christus & apostoli nusquam sic locuti sunt, nec docuerunt, nec dixerūt: Sola fides iustificat, Opera non iustificant.

Nec obstat, q̄ Christus Marci V. & Lucæ VIII. dicat, *μόνον πισθε*, Solummodo crede: Nam cum per Christum iubemur solummodo credere, statim intelligimus, q̄ debemus uerbo ipsius credere & obedire. Nam credendo & obediendo uerbo, præstamus charitatem erga deum & proximum. Quia uerbum dei nihil præcipit, nisi fidem & charitatē. Igitur multo rectius, sanctius & minori periculo dicit



ET MONACHA.

tur, *μόνον πίστις*, Solummodo crede: quā, Sola fides iustificat. Nam cum audio, q̄ debeo solummodo credere, circūspicio quid credendum, cui credendum, quomodo per fidem sim iustificandus.

Adde, q̄ more scripturæ sacre Christi & apostolorum loquendum & docendum est. Christus autem & apostoli nullibi sic dixerunt nec docuerunt, Sola fides iustificat, Opera non iustificāt. Quia fides sola nunquam est, neq; sola iustificat.

Præterea magnum piaculum est, scripturæ sacre & præceptis dei, uerbisq; diuinis aliquid addere uel detrabere. Cum autem uerbum fidei sit sacratissimū, maximum & inenarrabile mysterium cōtinens, non erat facile aliquid addendum, præsertim tale uerbū prægnans & restrictiuum, quale est hoc uerbum Sola, quod tantam stragem & perturbationem hactenus in repub. christiana & ecclesia Christi fecit & excitauit.

Apostolus Paulus, maximus & perpetuus præco fi  
dei, nusquam dicit: Sola fides iustificat. Nam nec fi  
des quidem per sese iustificat, sed est instrumentum  
et organum spirituale, donum spiritus, quo uerbum  
dei, hoc est Christum, apprehendimus. Hic est iu-  
stus ille, qui iustificat iniustum & impium. Hinc

Fides per se  
se non iustifi-  
cat, q̄a fides  
carnis & ho-  
minis solanō  
iustificat, sed  
fides spūs, fi-  
des dei, fides



DE FIDE MONARCHA

Apostolus ait nos iustificari ex fide, per fidem, fide, per legem fidei, Ro. iij. Præterea dicit iustitiam dei patefieri ex fide in fidem, Quia iustus ex fide iudicatus est, Ro. I. Item ait: In Christo Iesu nec circūcisio quicquam ualet, nec præputium, sed fides per dilectionē operans, sed noua creatura. Item circūcisio nihil est, præputium nihil est, sed obseruatio mandatorū dei. Nullibi dicit Apostolus, nullibi Christus, Sola fides iustificat, Opera non iustificant. Tametsi recte & sancte dici potest, Sola fides iustificat, si recte & sancte doceatur atq; declaretur. Dicere autem & docere confuse, indifferenter & indiscriminatim, Sola fides iustificat, Opera autem non iustificant, ferri & tolerari in ecclesia Christi non potest nec debet.

Hic ecclesia  
stæ Norimb.  
in episto. sua  
q̄ r̄ndent de  
cano, magis  
muti sunt, q̄  
piscis. Proh  
pudor, est ne  
filere, respon  
dere?

Nam cum peccemus quotidie & in horas tripliciter, nempe corde, ore & opere, necessum est, ut similiter tripliciter pœnitentiā agamus, resurgamus, & iustificemur, uidelicet, corde, ore & opere. Quia corde creditur ad iustitiam, Ore fit confessio ad salutem, Opere autem præstatur charitas ad perfectionē. Ad quam perfectionē omnes christifideles tenentur et obligantur, iuxta illud: Estote perfecti & sancti, sicut pater uester, q̄ in cælis est, perfectus & sanctus est. Et Apostolus I. T. bes. ult. iubet nos sanctificari. to



tos spiritu, anima & corpore, ut in nullo possimus cui  
pari. Et ibidem ait, q̄ deus fidelis sit qui uocauit nos,  
qui & facit, nempe ut simus sancti toti.

Cum igitur opere peccemus, consequitur, ut &  
opere iustificemur. Nam quemadmodum opera in-  
credulitatis damnant, sic opera fidei iustificant.  
Hic attendant aduersarij quid respondere uelint  
aut possint.

Inobedientia est effectus, fructus & opus incre-  
dulitatis, per quod ingressum est peccatum & mors,  
quo demum Adam paradiso pulsus & mortuus est.  
Cum igitur opere, facto & effectū, non uano uerbo  
aut cogitatione, sed inobedientia Adæ, peccatū &  
mors intrauit in mundum, Roman. V. igitur opere,  
facto & effectū iustitia erat per Christum restitu-  
enda, qui per obedientiam, qua obediens fuit usq̄ ad  
mortem, restituit iustitiā & uitā. Ergo & nos pecca-  
tores & posterij Adæ, sumus facto, effectū & ope-  
re fidei ad iustitiam restituendi & iustificādi, non ua-  
no, ficto & inani uerbo fidei, sed opere & ueritate.  
Et quemadmodum Iohannes iubet, quod debeamus  
diligere fratres, non sermone & lingua, sed opere  
& ueritate: sic nos debemus in Christum credere,  
non lingua & sermone, sed & opere & ueritate.

b ij

Nihil prorsus hoc loco  
rñderunt, qñ  
quidē nō po-  
tuerūt. Hinc  
toties testan-  
tur sese nihil  
deinceps pri-  
uato nomi-  
ne mecum  
acturos.



## DE FIDE MONARCHA

Nam si opus aut factum à uerbo separet, non uerbum dei, sed diaboli & mendacij est. Nam ubi uerbum fidei adest, factum & opus inseparabiliter adest. Quòd si factum & opus deest, uerbum fidei non est, sed incredulitatis. Quia ueritas in eo nõ est. Igitur opera fidei & ueritatis iustificat, quia opera incredulitatis & mendacij damnant. Nunc uident Lutherani ecclesiastæ, quid agant cum dicunt: Sola fides iustificat, Opera non iustificat.

Impie igitur & scandalose dicitur & docetur: Sola fides iustificat, Opera non iustificat.

Nam quauis legis & carnis opera, quæ sunt execratio coram deo, non iustificat, tamen nouæ legis, nouæ creaturæ, spiritus dei opera iustificat: quia non sunt nostra opera, sed dei opera, quæ deus per fidem & spiritum, tanquam uirtutes suas & effectus fidei operatur in nobis, de quibus gloriari nihil possumus, ut ait Apostolus Ro. iij. Vbi igitur gloria- tio? Exclusa est. Per quam legem? operum? Non, imò per legem fidei. Sic etiam Abraam non habuit, quod gloriaretur apud deum, Ro. iij.

Abraam gloriari non potuit, nisi in deo, quia fides donum dei est, Ephes. 2.

Ergo lex fidei, tanquam effectus, factum & opus fidei, iustificat. Impium igitur est dicere, & indifferenter & confuse asserere: Sola fides iustificat,



*Opera non iustificant.*

*Hinc Apostolus non minus grauius q̄ minaciter ad Gal. VI. inquit: Ne erretis, deus non irridetur: quod enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat per carnem, de carne metet corruptionem. Sed qui seminat per spiritum, de spiritu metet uitam æternam. Hic Apostolus expresse tribuit operibus fidei & spiritus, non solum iustificationem, sed etiam uitam æternam.*

*Sic etiam Iohannes grauius hortatur & admonet, ueluti à doctrina Lutherana dehortās ac deterrēs, I. Iohan. III. cum ait: Filioli, nemo uos seducat: qui facit iustitiam, iustus est, sicut ille iustus est. Qui committit peccatum, ex diabolo est. Ex quibus omnibus consequitur, q̄ uerbū dei, lex dei, in qua uoluntas dei comprehensa & inclusa est, sit per obedientiā præstanda, opere exprimenda & facienda, non credenda tantum.*

*Falsum igitur est, q̄ sola fides iustificet, & q̄ opera non iustificent. Nam opera fidei nihil aliud sunt, q̄ effectus fidei. Effectus autem à sua causa separari non debet neq; potest, & fortius & certius ipse effectus cum causa iustificat, quàm causa absq; effectu, imò causa absq; effectu, hoc est, fides absq; fa-*



Sto & opere nihil prodest, imò nihil est, quia mortua  
 est. Hinc Lutherani falsò iactant p̄ suum dogma eu-  
 angelium renatum, cum nunquam magis fuerit sepul-  
 tum, quandoquidem mortuam & sepultam fidem præ-  
 dicant. Est enim fides sine operibus mortua. Et quæ-  
 admodum Paulus ad Roman. ij. inquit: Circūcisio qua-  
 dem prodest, si legem seruaueris: quòd si transgres-  
 sor legis fueris, circūcisio tua in præputium uersa est.  
 Sic & ego dico: Fides quidem tua prodest, si legem  
 seruaueris: quòd si transgressor legis fueris, fides tua  
 in incredulitatem uersa est. Non enim qui legem audi-  
 unt, iusti sunt apud deum, sed qui legem factis expri-  
 munt, ij iusti habebuntur, ut Apostolus ad Rom. ij.  
 claris uerbis testatur, inquit: Non enim auditores  
 legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustifi-  
 cabuntur. Sic & ego dico & assero: Non prædicato-  
 res & auditores fidei, iusti sunt apud deum, sed factores  
 fidei iustificabuntur. Quid hìc quæso respon-  
 debūt Lutherani? Nam hoc loco ipsi uidebitur Pau-  
 lus pugnare cum Paulo, & sibi ipsi non minus esse con-  
 trarius, quam Iacobus cum Paulo, cum Iacobi. ij. in-  
 quit: Videtis igitur, quòd ex factis iustificetur homo,  
 non ex fide tantū. Hic hæsitabunt & ignorabunt Lu-  
 therani dogmatistæ omnes Paulum concordare cum

Nec hac tã  
 graui & ad-  
 mirabūda in-  
 sultatione &  
 rogatiōe de-  
 cani excitati  
 sunt ecclesia  
 stæ Morinb.  
 ut quicq̃ dis-  
 serte & aper-



ET MONACHA.

Paulo, cum statim ad Romanos. iij. diuersum uideatur dicere & docere, cum ait nos iustificari gratis si de absq̄ operibus legis. Et ignorabunt quidem Lutherani, non minus Paulum concordare cum Paulo, quam ignorârunt hactenus Iacobum cum apostolo Paulo concordare. Hic nullum ipsis est remedium, nisi ut dicant (modo possint & audeant) epistolam Pauli, non esse Pauli & apostoli, sicut dicere ausi fuerunt, epistolam Iacobi, non esse Iacobi & apostoli. Vel si magis uolunt, possunt dicere, capitulum secundum ad Romanos esse supposititium & non esse Pauli, quia cum capitulo tertio ad Romanos non conueniat, sicuti Iacobus cum Paulo ad Romanos. iij. non conuenit, quâuis pulchre & apposite cum Paulo ad Roman. ij. conueniat, imò cum toto Paulo conuenit, sicuti Paulus perpetuò sibi conuenit. Ergo fides monarcha que nunquam est sola, sed est sola, trina & una, quæ ad modum deus solus, trinus & unus est, iustificat, non autem monacha Lutheranorum fides.

Igitur factores legis fidei, iusti sunt & iustificantur apud deum, non auditores & iactatores fidei tantum. Quandoquidem ex factis iustificatur homo, non autem ex sola monacha Lutheranorum fide.

te rñderent.  
Nuncq̄ tacuisse nocet, nocet esse locutum.



Monarcha fi  
des ἀπὸ τῆς μο  
ναρχίας, ἀπὸ  
τῆς μοναχίας  
τῆς μοναρχίας  
dicta.

Monarcha autē fides recte & pie dicitur, quia Chri-  
stus monas et monarcha, princeps regum terrae est,  
et nulla alia re, nisi monarchica illa sola fide ἀπὸ τῆς  
μοναρχίας dicta, apprehendi, credi & intelligi po-  
test. Quia ipse est iustitia, sapientia, sanctificatio,  
redemptio & uictoria nostra. Quia quicquid habet  
Christus, per solam illam omnipotētissimam fidem  
acquirimus & nobis propriū facimus. Quandoqui-  
dem si in sermone eius manemus, uere discipuli eius  
sumus, & cognoscemus ueritatem, & ueritas libe-  
ros reddet nos, Iohan. VIII. Hoc modo sola fides  
iustificat, si trina sola & una est, semper in se clau-  
dens & continens uerbum & charitatem. Nec rep-  
gnat, q̄ hic tragice clamabunt Lutherani, cælum &  
terram inuocantes, Et hoc nouum & inauditum est,  
q̄ fides sit sola, trina & una. Non sic locutus est  
Christus, non sic apostoli. Ad quod respondeo.  
Quāuis Christus & apostoli sic locuti non sunt,  
tamen sic loquitur ecclesia & spiritus Christi.  
Nam cum ecclesia absq; controuersia sancte & pie  
dicat, q̄ deus est solus, trinus & unus: eodem spiri-  
ritu & fundamēto, dici & doceri potest, q̄ fides sit  
sola, trina & una, ut diuinum illud organum & in-  
strumentum, nempe fides, donum dei inenarrabile,



ET MONACHA.

quo immediate deus solus, trinus & unus, atq; diuina illa trinitas apprehenditur, sit etiam solum, trinum & unum, ut organū sit aptum sensui diuino comprehendendo. Et quemadmodum, ut ait Ecclesiasticus, semper est unum contra unum, & duo contra duo: sic hic tria sunt ad tria, ut sola, trina & una fides, comprehendat, intelligat & cognoscat, apte et conuenienter solum, trinum & unum deum.

Præterea cū Lutherani noua, insolita et hyperbolica locutione & dogmate, ueluti nouo & inaudito morbo perturbârunt rempub. Christianam, necesse fuit noua & insolita doctrina & locutione, ueluti nouo remedio, ex spiritu Christi nato & donato, nouo huic morbo mederi, & nouam illam pestem corpori & ecclesie Christi immissam, nouo & inaudito remedio curare, & ex pectoribus Christi fidelium eradicare. Sola fides iustificat, Opera non iustificat, morbus nouus est. Contra, Fides non est sola, sed est trina, sola & una, remedium est. Fides sola iustificat, pestis noua est. Fides monarcha non monacha, sola iustificat, antidotum nouum quidem, sed admodum necessarium & salutiferū est. Opera non iustificat, canceris noua species est. Opera fidei et spiritus iustificat, non nouum, sed antiquum eccle-

Vt sola & vnitrina fides cōprelūdit solum & vnitrinū deum, ita etiā solū & vnitrinum verbum.



DE FIDE MONARCHA

214 v

sic & orthodoxorum amuletum est.

Quādmō  
dū necessaria  
est cognitio  
diuinæ trini-  
tatis, sic etiā  
necessaria est  
cognitio v-  
nitriui uerbi

Cum itaq; Christus monarcha iubet, *μόνον πισθεύετε*, oportet nos tanquam credentes & obedientes, diuinā trinitatem, patrem, filium & spiritum sanctum *μὴ χωρῆς*, per uerbum, fidem & charitatem apprehendere, ut recte & perfecte ducamur ad cognitionem diuinæ trinitatis.

Fides mona-  
cha vñ dicta

Ut igitur fides monarcha à monarchia illa cælesti *ἐκ πνεύματος* & ex spiritu & medulla euangelij nata, recte pieq; dicitur: sic fides monacha, spoliata & priuata uerbo & charitate, recte à solitudine & monarchismo dicitur monacha, ex spiritu & medulla euangelij nata & manifestata est. Quia non sola Lutheranorum fide iustificamur, sed operibus fidei & spiritus & per legem fidei.

Nec sufficit in Christum credere, sed necesse est cum eo pati, agere & operari, ad Philip. I. Siquidem simul cum eo patimur, ut unā cum illo glorificemur, Roman. VIII. Et sic oportet Christum induere, spiritu ambulare, ut concupiscentias carnis non perficiamus, non solum more Lutheranorum in Christum credere: quia uoluntas dei per obedientiam facienda & opere præstanda est, non credēda tantū. Quia



Christus inquit: Non omnis, qui dixerit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est.

Et quemadmodum sic dicenti & docenti Christo Paulus non est contrarius, cum ad Romanos X. ait, Quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit: sic etiam Iacobus non est contrarius apostolo Paulo, cum inquit Iacob. ij. Videtis igitur, quod ex factis iustificetur homo, non ex fide tantum. Hic recte Lutherani suam monacham fidem in Germanicis suis biblijs transtulerunt & prodiderunt: Non ex fide tantum,

Nicht aufs dem glauben allain/

Cum tamen fidem monarcham a Christo monarcha traditam & manifestatam, cum dixit: *μόνον πισθες*, non uiderunt, nec pro suo commodo & causa transtulerunt,

Glaub allain/

sed uerterunt,

Glaub nuer/

Vt Papistae aduersarij haberent, quod caeci contra se & pro Lutheranis transferrent. Verterunt enim

*Τὸ μόνον πισθες,*

Glaub allain/ Glaub nuer allain/

Nechic quic  
q̄ aperte re-  
spondent ec-  
clesiastæ No-  
rinbergeñ.

Doctor Ioh.  
Eck. & Diet-  
tenberger in  
bibl. suis ger-  
manicis & in  
antiquissima  
& primit<sup>o</sup> ex-  
cussa biblia  
Germanica.



DE FIDE MONARCHA

Et quemadmodum scandalosum & impium esset, si diceretur & doceretur, Sola inuocatio iustificat, Opera non iustificat: sic scandalosum & impium est dicere & docere, Sola fides iustificat, Opera non iustificat, quauis Paulus dicat Rom. x. Quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit. Cum tamen Christus contra dicat Matth. VII. Non omnis qui mihi dixerit, Domine domine &c.

Lutherani uerbis concedunt, tamen si re negent, q̄ fides absq̄ operibus sit mortua, sicuti corpus absq̄ spiritu mortuum est. Quod si uerum est (ut est & esse debet) q̄ fides absq̄ operibus est mortua, sicuti corpus absq̄ spiritu est mortuum, & q̄ fides uiuit per opera, sicuti corpus uiuit per spiritum: consequitur necessario et irrefragabiliter, q̄ opera fidei iustificent. Nam si fides absq̄ operibus est mortua, consequitur q̄ opera sint uita & spiritus fidei, quia per opera uiuit & uiuificat fides. Ergo uita & spiritus fidei iustificat, non sola Lutheranorum fides. Quia spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, Iohan. V I. Hinc etiam Apostolus inquit, q̄ litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et circuncisio cordis, circuncisio est, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est, Ro. ij.

Miraberis lector, q̄ constiter uel impudenter potius hie epi stola sua taceant ecclesiastice Norimbergensium.



ET MONACHA.

Dicere igitur & docere, Sola fides iustificat, Opera non iustificat: est fidem Iesu Christi laudare, & opera dei uituperare: quia ipse operatur uirtutes in nobis, & operatur omnia in omnibus, & operatur in nobis uelle & perficere. Quanto itaque effectus est praestantior & nobilior, quam causa absque effectu, tanto uerius & certius opera fidei iustificat, quam sola & monacha Lutheranorum fides.

Præterea Apostolus saepe ponit & accepit effectum, factum & opus incredulitatis et fidei, pro ipsa causa, pro ipsa incredulitate & fide. Ro. V. inquit: Quemadmodum per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sumus multi: ita per obedientiam unius, iusti constituentur multi. Hic factum & effectum incredulitatis, ponit pro ipsa causa, hoc est, loco ipsius incredulitatis. Ro. I. & ult. coniungit effectum cum sua causa, hoc est, obedientiam cum fide, & inquit: Ut obediatur fidei, & In obedientiam fidei inter omnes gentes &c. Et quod Ro. ult. appellat obedientiam, cum ait: Nam uestra obedientia ad omnes permanuit, Gaudeo igitur sane de uobis: hoc ipsum appellat Rom. I. fidem, cum inquit: Primum quidem gratias ago deo meo super omnibus uobis, quia fides uestra annuntiatur in toto mundo.



DE FIDE MONARCHA

*Hic ponit causam loco effectus, sicuti Roman. ult. effectum loco causa.*

Hoc uerū esse satis declarabit cōclusiones Martini Luth. contra Antinomos, & nostra Axiomata inferius annexa.

Lutherani uero diuersum euangeliū à Paulo prædicantes, nihil tale docent & dicunt, sed separant effectum à causa dicentes, Sola fides iustificat, Opera non iustificant. Lex non est utilis neq; necessaria, neq; ad iustificationem, neq; ad bona opera, multo minus ad salutem. Idq; dicunt & asserunt confuse, indifferenter & absq; ullo discrimine legis fidei & operum, legis spiritualis & carnalis, legis dei & legis peccati, ut supra dictum est, ex quo innumerabiles & pudendi errores orti sunt.

Hic impie, detrectat Ecclesiastæ Norinberg. patrocinarium suo præceptori & magistro Mart. Luth. cū tñ hic scopus totius cōfessionis cōfistat, & leges et prophetæ Lutheranorum dependant.

Hanc admirabilem ignorantiam & errorē Martinus Luth. in omnibus ferè suis scriptis, maxime tamen in commentarijs ad Galatas, & in conclusionibus & disputatiōibus, Quod doctrina legis sit ad poenitentiam necessaria, contra Antinomos prodidit, ubi mira & subtili, sophistica & inaudita quadā contrarietate conclusionum, infinitis commissis suis erroribus mederi conatur, ut salua sit legis & poenitentiae autoritas. Tamen nihil agit, nisi quod rem in omnibus suis libris obscuratam reddit ad impietatem obscuriorem & inextricabiliorem. Nam in illis ipsis conclusionibus, quemadmodū et in alijs libris, nullam omnino



ET MONACHA.

constituit, more Paulino, differentiam & discrimen inter legem fidei & inter legem operum &c. ut iam sepius dictum est. Sed indifferenter & absq; discrimine legis dei & legis peccati, legis carnalis & legis spiritualis, ausus est dicere:

Summa, Quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari, & nihil docendū, dicendum, cogitandum, in re iustificationis, nisi solum uerbum gratiæ in Christo exhibitæ.

Hic Martinus & sui sequaces, bis & dupliciter grauissime peccant: Primum, q̄ summam & principalissimam euangelij, imò totius scripturæ legem: Deinde etiam ueram uniuersæ scripturæ diuisionem ignorant, nec recte secant sermonem & uerbum ueritatis.

Nam summa & principalissima lex euangelij & totius scripturæ est lex fidei, hoc est, ut uerbo dei uere credamus, & ueluti fidei fructum & effectum ipsam obediētiam præstemus. Quandoquidem tota & uniuersa scriptura nihil præcipit, nisi fidem, & nihil prohibet, nisi incredulitatem. Hinc Christus toties fidem inculcat, laudat & extollit, & toties incredulitatem exprobrat apostolis, tamq̄ detestatur, & tanto studio ab ea debortatur.

Scriptura tota, principaliter & originaliter, nihil præcipit nisi fidem, & nihil prohibet nisi incredulitatem.



DE FIDE MONARCHA

Quoniam itaque Martinus absque ullo discrimine legis, confuse & indifferenter ait: Summa, quantum caelum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari: perinde est, ac si diceret & doceret: Summa, quantum caelum à terra distat, tantum debet fides & fidei effectus, qui est lex fidei, à iustificatione separari. Quid est hoc aliud, quam per doctrinam fidei monarchæ & Lutheranorum, legem dei, legem spirituales, legem spiritus ueritatis, destruere & extinguere? & non solum omnem pietatem, sed omne exercitium omnis uirtutis è reprobata christiana & pectoribus Christi fidelium tollere. Apostolus singularis & precipuus præco & buccinator fidei, noluit per doctrinam fidei legem destruere, sed statuere & confirmare, ut ipse inquit & testatur Ro. iij. Legem igitur destruimus per fidem. Absit. Imò legem statuimus. Ac si diceret: Non per magnificam illam commendationem fidei, legem non irritam facimus, sed stabilimus & confirmamus. Secundo, grauissime peccatur, cum Martinus inquit, quod in re iustificationis, nihil docendum, dicendum & cogitandum sit, nisi uerbum gratiae in Christo exhibitæ. Nam euangelium non solum prædicat gratiam & misericordiam, sed etiam seueram & semper ext

Lex fidei est norma & ratio discendæ fidei, ut cum effectu credamus ut ex operibus nostris, incredulitate nostrâ agnoscamus, & fidem augeamus, & in plenitudine retineamus.



mescendā iram dei super peccatis. Promittē, omni-  
 bus credentibus & poenitentibus remissionem pec-  
 catorum & uitam æternam, & non minus interim  
 comminans omnibus incredulis & poenitentiam ne-  
 gligentibus, supplicium, poenā æternam & infernū.  
 Hic fons & origo est errorū omnium in Lutherismo.  
 Primo, q̄ non uiderunt differentiam inter legem fi-  
 dei & operum, inter legem carnalem & spirituale,  
 ut iam sæpius declaratum est. Secundo, de quo nunc  
 agitur, q̄ tota eorum doctrina, contempta poeniten-  
 tia & cruce, in partes gratiæ euāgelicæ claudicat,  
 & plus prædicat, laudat & extollit misericordiā,  
 q̄ iustitiam dei. Quandoquidem plus exaggerant  
 Lutherani promissiones, q̄ comminationes diuinas,  
 tanquā uero fides uera & christiana non æque de-  
 beat intueri comminationes, q̄ promissiones. Pro-  
 ponunt quidem populo plus nimio exaggerantes de-  
 xtrum latronem, in cruce credentem & inuocantem,  
 & non æque sinistrum latronem, desperantem &  
 blasphemantem: Petrum poenitentem & credentē,  
 & non æque Iudam Ischarioten poenitentem quidē,  
 sed interim desperantem & pereuntem. Tertio,  
 inter alia multa in Lutherismo grauius & enor-  
 miter peccatur, q̄ falso & impie asserunt, q̄ rena-  
 d

Verbo dei  
 tam creden-  
 dū est cū cō-  
 minat, quā  
 cum promit-  
 tit.



DE FIDE MONARCHA

Hic suo mo-  
re tacēdo re-  
spondent ec-  
clesiastæ No-  
rinbergē.  
Qui tacet, cō-  
sentire uidei.  
Taciturnitas  
pulcherrima  
uirtus.

ti, credentes et spiritum Christi habentes, non possint  
satisfacere legi, tanquam uero Christus & spiritus  
Christi in nobis non possit satisfacere legi, & tanq̄  
uero iuxta clarā Christi sententiā, credenti & fi-  
dem habenti, non omnia quæ præcepta sunt, nobis sint  
possibilia: cum tamen Apostolus clare & aperte di-  
cat, Omnia possum per Christum, qui me confortat  
& q̄ peccatum nobis non sit dominaturum, quia non su-  
mus sub lege carnis, sed sub gratia & sub potētia spi-  
ritus dei, qui auxiliatur infirmitatibus nostris. Quē  
admodū enim sine Christo nihil possumus, Iob. XV  
cum ait, Sine me nihil potestis facere: sic cum Christo  
et Christi spiritu omnia possumus, ut Apostolus co-  
firmat, cum inquit: Omnia possum per Christum, q̄  
corroborat me. Præterea, si lex credentibus & re-  
natis esset ad plenū impossibilis, sequeretur, q̄ non im-  
plendo perfecte legem, fieremus & essemus rei toti-  
us legis: Quia si quis totam legem seruauerit, offen-  
derit autem in uno, factus est reus omnium, Iacob. ij.

Multis nunc  
mētib' adeo  
intentus attē-  
dit, Ostiander,  
ut ad replicā  
decani, exau-  
la Mogunti

Hic intendat Ostiander omnes uires ingenij sui  
quomodo uelit absq̄ sophistica reliquias peccatorum  
in Lutherismo & suam distinctionem de impossibili-  
tate legis, quam in nouissimo suo scripto iam edito, &  
apologia illa contra Iohannem Eckium prodidit, tu-



ET MONACHA.

ri ac defendere. Nam qui credit, totā legem præstare & complere potest: Quia credenti omnia sunt possibilia, et fidem habenti, nihil est impossibile, Mar. ix. Mat. XVII. Qui uero non credit, totius legis reus est. Quandoquidem summam & principalissimam dei legem uiolat, quæ iubet, ut credamus, ut fidem habeamus, quæ inquit: *νόμον πισθῆναι*. Et tota lex in uno sermone, imò in uno uerbo completur, ut Apostolus ad Galatas inquit. Nunc clarescit, quæ portenta ex illa doctrina orta sunt, quæ asserit, quæ etiam credentibus & renatis lex sit impossibilis. De quo alio loco & tempore plura & necessaria. Sic nunc habent ecclesiastæ quatuor, scripta à me quatuor.

Primum, Axiomata mea, primæ & secundæ conflictationis &c.

Secundum, Axiomata tertiæ disputationis, contra Martinum Luthe. de doctrina legis ad poenitentiam necessaria, contra Antinomos quosdam, conclusiones &c.

Tertium, Acta & lecta coram Septem deputatis à senatu Norinbergen.

Quartum, Breuem illam sententiam de articulo Iustificationis, in gratiam & ad petitionem illorum conscriptam.

na Norinbergam trāsmis-  
sam, ne ullū  
quidē uerbū  
hactenus re-  
spōderit mu-  
tus.



## DE FIDE MONARCHA

Ex quibus omnibus possunt planissime, quid de tota re religionis, nempe de Papismo & Lutherismo sentiam & sentiendum censeam, & quam insignis & nouus sim in ecclesiam Christi hæreticus (ut ipsi quidem iudicant) intelligere, eorumque sententiam, ne Christo peream, quam primum aperire, eamque mihi declarare atque rescribere. Periculum enim animæ in mora est, inò maximum periculum in maxima mora.

Quòd si ad hæc pauca, pie & christiane responderint ecclesiastæ Norinbergen. suamque opinionem sincero corde aperuerint (prout mihi coram senatusconsulto coacti) polliciti sunt, propediem dabo & replicabo plura grauiora & urgentiora, sic Christo iubente & bene iuuante. Quos etiam per dilectionem spiritus rogatos uolo, ut deinceps uelint recte pieque secare uerbum ueritatis, & normam concionandi & docendi desumere. Non ex cõmentarijs uel cõmentis uerius & nouo dogmate Martini Lutheri, & huius seculi pseudoprophetis, sed ex literis propheticis, euangelicis & apostolicis. Quod si fecerint, habebunt me fratrem in Christo charissimum, & ad omnia in domino obsequentissimum. Sin minus, non desistam oportune, importu-



ET MONACHA.

ne, instare, loqui, arguere, hortari, cum omni imperio, sic Christo per Apostolum iubente & mandante. Nam in Christo Iesu, neq; Papismus quicq; ualet, neq; Lutherismus, neq; Zuinglianismus, neq; Anabaptismus, sed fides per dilectionem operans, sed noua creatura, sed obseruatio mandatorū dei. Sic Christo & Apostolo testante & docente: Et quicumq; iuxta hanc regulam incedunt, pax super eos & misericordia, & super Israelē dei.

His paucis, ueluti pœnitētiæ loco (quam orbi christiano & huius seculi pseudoprophētis, gratia & auxilio Christi denūciare & prædicare constitui) præmissis, ecclesiastas prædictos bene ualere, & quā ocysime & christianissime mihi respondere iubeo. Rogoq; atq; obtestor per inuictam & insuperabilem ueritatem, ut dempta odibili sophistica, rem & gloriam Christi, non suam, neq; Martini Lutheri agant, semperq; illius memores, quod asserit Ecclesiast. xxxvij. ubi inquit: Qui sophisticè loquitur, odibilis est, & in omni re defraudabitur. Non enim est illi data à domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. Gratia & cognitio Christi Iesu sit cum omnibus nobis. Data Norinbergæ XVI. Octob. 1559.

d iij



AD LECTOREM

**DEINDE** *Scholia quæ in margine  
huius scripti uisuntur, ad  
iecimus, ut lectorem ad epistolam Norinbergen. ec-  
clesiastarum, quæ nobis nostrisq; scriptis & libellis re-  
spondent, legendam attentiolem redderemus.*  
*Colonia Agrippin. XII. Maij. 1549*

**RVDBERTVS à Moshan**  
Doctor, Decanus Patauien &  
sua manu subscriptus





# AD LECTOREM

IN CONCLUSIONES ANTINOMICAS  
D. Martini Lutheri,



*V*m uetus sit prouerbium, christiane lector, quod purpura iuxta purpuram, melius atq; rectius dijudicetur, & q; ex collatione certissimum nascatur iudicium, simulq; iuxta scholasticorum uulgatam sententiam, Opposita iuxta se posita, magis elucescant: Eapropter placuit sententiam et conclusiones D. Martini Lutheri de doctrina legis in ecclesia necessaria ad docendam poenitentiam contra Antinomos quosdam, Vitenbergæ publice disputatas et conclusas, typis rursus excudere, et cum reliquis quatuor scriptis & libellis, à me Norinbergæ relictis, hic una adnectere, ut axiomata nostra cōtra cōclusiones illas meditata et cōscripta, dilucidius et pfectius intelligi queāt. Et ut lector quàm Lutherani haecenus mira et incredibili ferè cæcitate differētū inter legē fidei & inter legē operū, inter le



## AD LECTOREM

gem euangelij & legem Moſi, inter uerbum ſpiritus  
 & carnem mortuæ & occidentis literæ, ueluti potiſ-  
 ſimum totius ſcripturæ ſcopum ignorarint, perſpice-  
 re. Quàm deniq; ſubtili ſophiſtica inter hâc Scyllam  
 & Charybdim nauigare ſoleant, atq; hâc ter cæcâ  
 ignorantia eorum obtegere & obnubilare conati ſint,  
 planiſſime comprehendere poſſit. Sunt enim concluſi-  
 nes iſtæ tam uariæ, tam ſibiipſis ubiq; contrariæ & p-  
 gnantes, ut quis rectiſſime deierare poſſit, q; Mar-  
 nus Lut. autor illarum ipſarum cõcluſionum, ſeipſum  
 in illis nõ intellexerit. Et q; nec Scotus ipſe, quanti-  
 uis omniũ ſcholæſticorum ſubtiliſſimus, & re & ma-  
 mine obſcuriſſimus, maiori ſophiſtica & obſcuritate  
 in re alioqui clariſſima, uti potuiſſet, ut hic Martinus  
 plane ſe prodat & re ipſa et inſigni factõ demõſtrã  
 quod in commentarijs in epiſtola ad Gala. libere co-  
 feſſus eſt, nempe quòd diſcrimen inter legem & eu-  
 geliũ non intelligat. Sic enim eo loci inquit: Qui enim  
 bene nouit diſcernere euangelium à lege, iſ gratias  
 agat deo, et ſciat ſe eſſe theologum. Ego certe in  
 tatione nondum noui ut deberem. Iam ergo tandem  
 quando tempus eſt, ut diſcat Martinus quod tam  
 tempore multorũ omnium & animarũ periculo, igno-  
 rauit. Et gratias agat deo, q; ſol iuſtitie & lux



## AD LECTOREM.

ua exorta est, cuius claritate ab ænigmate & tenebris fidei suæ (ut ipse quidem contra semetipsum, & recte sane nominare ausus est) in claram lucem euangelicam, reiecta facie, contueri & respicere, ueteremque errorem exuere, & poenitentiam, quamuis seram, agere possit. Et quod ei liceat nunc tandem aliquando uerum esse theologum, quem hactenus tanto fastu & supercilio esse se falso professus est. Et diligenter uelim lector animaduertas, quod in illis ipsis conclusionibus Antinomicis, ne ullo quidem uerbo fiat mentio discriminis & differentie cuiuspiam inter legem fidei & legem operum, sed quod passim, fidei legem & legem operum confundat Martinus, & monstrifice & hyperbolice iactare & asserere ausus sit: Summa, quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari. Lex non est utilis, neque necessaria, neque ad iustificationem, neque ad opera bona, multo minus ad salutem: & huiusmodi pleraque multa, quibus plane demonstrat se non fidem monarcham & unitrinam, sed uere monacham, solitariam, fide & charitate orbatam, docere, & auribus populi inculcare. Lege, & perpende quaeso, et miraberis scio. Vale, ex Colonia Agrip. XXI. Maij.





# SENTENTIAE

D. MARTINI LVTHERI

quod doctrina legis in ecclesia sit necessaria ad doc-  
cendam pœnitentiam, contra quosdam  
Antinomos, Vittenbergæ publice  
disputata, Anno 1538

## LECTORI S.

**E**Ditæ sunt sententiæ Vittenbergæ a D. Martino Luthero  
contra quorundam falsam opinionem, qui doctrinam  
legis ex ecclesia uolebant sublatam esse. Quia enim Paulus  
dicit iustitiam dei sine lege reuelatam esse, & legem non esse  
se datam ut per eam iustificaremur, sentiebant legis doctrinam  
nam in totum abijciendam esse. Hic error, cum neque nouus  
esset, & magnam totius doctrinæ Christianæ ruinam secum  
traheret, magna causa fuit, cur D. Lutherus cuius autoritate  
isti impium dogma defendebant, sententiam suam de lege  
& pœnitentiâ his propositionibus clare exponeret, ut patet  
iam ostenderet se a talibus dissentire. Quia autem plurimum  
in eo positum est, si doctrina pœnitentiæ pura in ecclesia  
extet, & sententiæ illæ Lutheri in plures chartas dissipatae  
essent, uoluimus eas denuo in uno libello propositas edere,  
ut & conseruari facilius possent, sic in unum congestæ,  
& latius etiam diuulgari in Fratres. Nihil enim negligendum  
pijs est, quod aliquo modo ad propagationem sanæ  
doctrinæ est utile. Vale,





**ENERVNT** in manus meas quædam positiones  
(is titulus erat) incerto autore, inter Fratres sparsæ,  
quas ne silentio uiderer approbare, uolui impro-  
bandas inuulgare, ut testatum facerem, quibus pos-  
sem, nos ab huiusmodi portentis prorsus abhorre-  
re. Id quod sequentibus contrarijs disputationibus, infra manifestum fa-  
ciemus.

- 1 Pœnitentia docenda est, non ex decalogo, aut ulla lege Mosi, sed ex uiolatione filij per euangelium.
- 2 Nam Christus Luc. ult. ait: Sic oportuit Christum mori, & hoc modo intrare in suam gloriam, ut prædicentur in nomine suo pœnitentia & remissio peccatorum.
- 3 Et Christus apud Iohannē ait: Spiritum arguere mundum de peccato, non legem.
- 4 Idem docet ultima concio Christi: Ite, prædicite euangelium omni creaturæ.
- 5 Paulus cum ad Philip. ait (Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, ut in timore & tremore salutem uestram operemini) præclare statuit, docendam esse pœnitentiam (quam uocat timorem & tremorem) ex memoria Christi, non ex lege.
- 6 Ex cõcionibus Pauli & Barnabæ satis manifestum est, non esse opus lege ad ullam partem iustificationis.
- 7 Sine quacunq; re datur spiritus sanctus, & homines iustificantur, ea res non est necessaria ut doceatur, neq; pro principio, neq; medio, neq; fine iustificationis.
- 8 At datus olim, datur perpetuo spiritus sanctus, & iustificantur homines sine lege, per solū euangeliū de Christo.



9 Ergo lex Mosi non est necessaria ut doceatur, neque pro principio, neque medio, neque sine iustificationis.

10 Maior est certa experientia, quam afferunt Paulus & Barnabas.

11 Idem iudicabis de minore, Nam spiritus sanctus cecidit uisibili specie super gentes.

12 Et quid igitur, quidam sine uerbo, imo contra uerbum Christi, contra exemplum apostolorum, faciunt legem primam partem, & quidem necessariam ad doctrinam iustificationis.

13 Quare pro conseruanda puritate doctrinae, resistendum est ijs qui docent euangelium non praedicandum, nisi antea prius quassatis & contritis per legem.

14 Qui enim affingunt uerbis Christi improprium hunc sermonem, & docent primum legem, deinde euangelium docendum esse, hi sunt uerborum Christi contortores, non enim consistunt in simplicitate uerborum Christi.

15 Nam ut consistendum erat in simplici sensu uerborum illorum, Hoc est corpus meum: Ita consistendum erit nobis in simplicitate illorum uerborum, Ite, praedicate euangelium, baptizantes &c.

16 Lex tantum arguit peccata, & quidem sine spiritu sancto, ergo arguit ad damnationem.

17 Opus est autem doctrina, quae magna efficacia non damnat, sed & saluat simul. Ea autem est euangelium, quae coniunctim docet poenitentiam & remissionem peccatorum.

18 Nam euangelium Christi docet iram dei de caelo, & simul iustitiam dei, Rom. 1. Est enim praedicatio poenitentiae coniuncta promissioni, quam ratio non tenet naturaliter, sed per reuelationem diuinam.

Recentiorum commentaria parum sibi constant, alicubi enim pure, alicubi impure modum iustificationis tradunt,

¶ Haecenus positiones erroneae, contra quas

D. Lucherus in sequentibus sententijs disputat,



# DISPVATIO

*D. Martini Lut. contra quosdam Antinomos.*

- 1 Pœnitentia omnium testimonio & uero, est dolor de peccato, cum adiuncto proposito melioris uitæ.
- 2 Hic dolor proprie aliud nihil est, nec esse potest, quàm ipse tactus seu sensus legis in corde seu conscientia.
- 3 Multi enim audiunt quidem legem, sed quia sensum seu uim legis non sentiunt, nihil dolent neq; pœnitent.
- 4 Pœnitentiæ prior pars, scilicet dolor, est ex lege tantus. Altera pars, s. propositum bonum, non potest ex lege esse.
- 5 Non potest enim homo territus à facie peccati, bonum proponere suis uiribus, cum nec quietus & securus id possit.
- 6 Sed uì peccati cõfusus & obrutus, cadit in desperationẽ & odiũ dei, seu descendit ad inferos, ut scriptura loquitur.
- 7 Ideo addenda est legi promissio seu euangelion, quæ conscientiam territam pacet & erigat, ut bonũ proponat.
- 8 Pœnitentia solũ ex lege, est dimidiũ, uel initiũ pœnitentiæ, seu p synecdochen pœnitentia, q̃a caret bono pposito.
- 9 Et si perseverat, fit pœnitentia Cain, Saul, Iudæ, & oĩm de dei misericordia diffidentium & desperantiũ .i. pereuntũ.
- 10 Sophistæ definitionem pœnitentiæ, q̃ sit dolor & propositum &c. ex patribus habuerunt & docuerunt.
- 11 Sed partes definitionis, dolorem, peccatum, propositũ, non intellexerunt, nec docere potuerunt.
- 12 Dolorem finxerunt esse, actum elicitem uì arbitrii liberi, qui detestaretur peccatum, quoties uellet aut nollet.
- 13 Cum dolor is sit passio seu afflictio, quam conscientia uelit, nolit, pati cogitur, lege tangente seu torquente.

e ij



ANTINOMICAE MARTINI LVT.

- 14 Peccatum finxerunt esse, quod contra traditiones ho-  
minum esset, rarius quod contra moralem legem.
- 15 Originale uero post baptismum, ne peccatum quidem  
esse cogitauerunt, praesertim in prima tabula.
- 16 Contra has paleas, lex malleus dei (ut Ieremias ait) con-  
terens petras, omnes homines sub peccato concludit.
- 17 Propositum bonum putabant esse cogitationem ele-  
ctitiam uiribus humanis, de peccato in futurum uitando.
- 18 Cum secundum euangelion sit impetus spiritus sancti  
peccatum deinceps ex amore detestans, rebellante licet  
terrimo fortiter peccato in carne.
- 19 Nec miranda haec eorum ignorantia, cum scriptura post  
habita, nec quod lex, nec quod euangelion esset, nosse potuerint.
- 20 Scilicet hominum praecipis & mandatis profusus im-  
mersi, ut de rebus sacris & diuinis tamper somnia iudicari.
- 21 Contra hos inutiles & desperationis magistros euan-  
gelion coepit docere, poenitentiam non oportere tantum  
desperationem esse.
- 22 Sed poenitentes debere spem concipere, & sic ex amore  
dei peccatum odisse, id quod est uere propositum bonum.
- 23 Hoc aliqui, causas dicendi, seu materia subiectam non  
considerantes, contra legem dei dici putabant.
- 24 Et perniciose docent legem dei simpliciter tollendam  
esse ab ecclesia, id quod blasphemum & sacrilegum est.
- 25 Vniuersa enim scriptura tradit poenitentiam a lege dei  
inchoandam, id quod rei ipsius ordo & experientia quae  
monstrat.
- 26 Conuertantur (inquit) in infernum omnes qui obli-  
scuntur deum. Et, pone domine legislatorem super eos,  
sciant homines &c.
- 27 Reple facies eorum ignominia, & quaerent nomen  
domini, Et in operibus manuum suarum comprehen-



## CONCLVSIONES.

ius est peccator.

28 Ordo rei est, q̄ mors & peccatum est in natura ante uitam & iustitiam.

29 Non enim iusti aut uiui sumus, peccato aut morti tradendi, sed peccatores iam & mortui per Adam, iustificandi & uiuificandi per Christum.

30 Quare prior docendus est Adam, (id est, peccatum & mors) qui forma est futuri Christi postea docendi.

31 Peccatum uero & mors, non est uerbum gratiæ & solatiij, sed per legem necesse est ostendi.

32 Experientia est, q̄ Adam prius arguitur legis trāsgressor, post per semen mulieris promissum erigitur &c.

33 Et Dauid prius lege per Nathan occiditur dicentem, Tu es ille &c. Post euangelio seruatur dicente, Non morieris &c.

34 Paulus prius lege prostratus audit, Quid me persequeris post euangelio uiuificatur, Surge &c.

35 Et ipse Christus Marci. i. Pœnitementi & credite euangelio, appropinquauit enim regnum dei.

36 Iterum, Oportuit in nomine eius prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum.

37 Sic & spiritus primo arguit mundum de peccato, ut fides doceat in Christum, id est, remissionem peccatorum.

38 Pauli ad Romanos epistola, hanc methodum seruat, ut prius doceat omnes esse peccatores, iustificandos per Christum.

39 Idem testatur Lucas in Actis, Paulum docuisse & Iudæos & gentes neminē iustificari posse, nisi per Christum.



# DISPVATIO

*Secunda D. Martini Lut.*

- 1 Lex non solum est non necessaria ad iustificationem, sed plane inutilis, & prorsus impossibilis.
- 2 Qui autem opinione iustificationis legem seruant, ipsa etiam uenenum & pestis fit ad iustificationem.
- 3 Cum de iustificatiōe agitur, nihil potest satis dici, contra legis impotentiam, & pestilentissimam fidutiā in lege.
- 4 Neque enim data est lex, ut iustificet, aut uiuificet, aut quicquam iuuet ad iustitiam.
- 5 Sed ut peccatum ostēdat, & iram operetur, hoc est, conscientiam ream faciat.
- 6 Mors non est inflicta, ut per eam uiuamus, Nec peccatum ingentum, ut per ipsum innocentes essemus.
- 7 Ita lex non est lata, ut per eam iusti fieremus, cum neque iustitiam neque uitam præstare possit.
- 8 Summa, quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari.
- 9 Et nihil docendum, dicendum, cogitandum in re iustificationis, nisi solum uerbū gratiæ in Christo exhibitæ.
- 10 Ex his autem non sequitur, legem esse abolendam, & concionibus ecclesiæ tollendam.
- 11 Quin eo magis est necesse eam doceri & urgeri, quod non est necessaria, sed impossibilis ad iustificationem.
- 12 Ut homo superbus & de uiribus suis præsumens erudatur, sese per legem non posse iustificari.
- 13 Nam peccatum & mors eo maxime monstranda sunt, non quod necessaria sint ad uitam & innocentiam.



## CONCLUSIONES.

- 14 Sed ut homo agnoscat suam iniustitiã & pditionem,  
& ita humilietur.
- 15 Si peccatum ignoretur, præsumitur falsa innocentia,  
sicut in gentibus, & post in Pelagianis, cernitur.
- 16 Si mors ignoretur, præsumitur hanc uitam esse uitam,  
& nullam in futuro aliam.
- 17 Cum uero non nisi lex utrunque doceat, satis claret,  
legem esse maxime necessariam & utilem.
- 18 Quicquid ostendit peccatum, iram seu mortẽ, id exer-  
cet officiũ legis, siue fiat in ueteri siue in nouo testamento.
- 19 Reuelare enim peccatum est aliud nihil, nec aliud esse  
poteest, quã esse legẽ, seu effectũ & uim legis propriissimã.
- 20 Lex & ostẽsio peccati, seu reuelatio iræ sunt termini cõ-  
uertibiles, uelut homo, & risibile uel rationale.
- 21 Tollere legem & retinere reuelationem iræ, est idem,  
ac si neges Petrum esse hominem, affirmes autem esse risibĩ-  
lem uel rationalem.
- 22 Similis sapientia est, tollere legem, & tamen docere pec-  
catum remittendum.
- 23 Cum dicat scriptura Spiritus sancti, sine lege peccatum  
esse mortuum, & ubi non est lex, nõ esse præuaricationem.
- 24 Ut impossibile sit, esse aut intelligi peccatum sine lege,  
siue scripta, siue insculpta.
- 25 Post sequitur, cum nullum sit sublata lege peccatum,  
nullum quoq; esse Christum redemptorem à peccato. Sic  
enim ipse Christus dicit: Non est opus medico ualẽtibus.
- 26 Cum autem Christus uenerit, non soluere, sed imple-  
re legem, frustra uenit, si nulla sit lex in nobis implenda.
- 27 Et cum lex dei requirat obedientiam nostrã erga de-  
um, tollũt isti Nomomachi etiam obedientiam erga deũ.
- 28 Ex his fit manifestum, quod Satan in istis suis organis,  
uerbaliter tantum docet peccatum, pccnitentiã & Christũ.

f



ANTINOMICÆ MARTINI LVT.

29. Reuera autem tollit Christum, pœnitentiã, peccatum  
& uniuersam scripturam, una cum ipso deo eius autore.
30. Et cogitat statuere pestilentissi. securitatem, contemp-  
tum dei, impunitatem & perpetuam impœnitentiã, plus  
quam Epicurus ipse.
31. Hoc testatur illa uox eorũ, quod lex arguat peccatum,  
& quidem sine spiritu sancto, tantum ad cõdemnationem.
32. Hic apparet, eos uelle tale peccatum doceri, quod non  
condemnet, forte quod etiam sine Christo saluet.
33. Nam si peccatum non damnat, restat ut Christus non  
redemerit nos à peccato damnante, ita nec ab ira dei.
34. Peccatum enim non damnans, est peccatum melius  
quàm sit ipsa iustitia & uita.
35. Quid enim est beatius, quàm peccatum habere nõ da-  
mnans, id est, non existens peccatũ?
36. Igitur amota lege, ita sumus salui a peccato, ut ne Chri-  
sto quidem egeamus mediatore etc.
37. Sed & hoc falsum est, quod sine spiritu sancto arguat  
lex peccatum, cum lex sit scripta digito dei.
38. Et omnis ueritas ubicunque est, à spiritu sancto est. Et  
prohibere legem, est ueritatem dei prohibere.
39. Tollere legem, ob hoc officiũ, quod arguat peccatum  
ad condemnationem, euidens est furor.
40. Nam hæc est peccati uis, ut Paulus dicit, quod pecca-  
tum est aculeus mortis, & lex uirtus peccati.
41. Edamus igitur bibamusq;, & sub istis Magistris can-  
temus, Pereat qui craftina curat.
42. Sublata est em̄ lex uirtus peccati. Et consequenter sub-  
lata ui peccati, mors quoque & infernus perierunt.
43. Non per sanguinem hñi dei legem seruantis & imple-  
tis. Sed quia nos negamus esse legem dei, quæ impleatur.
44. Oia eor; de peccato, pœnitentia, Christo & remissio



## CONCLUSIONES.

ne, sunt impurissima & Satana ipso dignissima mendacia.  
45 Lex. n. ut fuit ante Christū nos quidem accusans, sub  
Christo autem per remissionem peccatorum placata, & de  
inceps spiritu implenda.

46 Ita post Christum in futura uita, manebit impleta fas  
cta tunc ipsa, quod interim exegit, creatura noua.

47 Quare lex nunquam in æternum tollitur, sed manebit  
uel implenda in damnatis, uel impleta in beatis.

48 Isti uero Satanæ discipuli uidentur cogitare legem esse  
temporalē, quæ sub Christo cessauerit, ueluti est circūcisio.

## DISPVATIO

*tertia D. Martini Lut.*

1 Pœnitentia Papistarum, Turcarum, Iudæorum & oīm  
infidelium & hypocritarum, est per omnia similis.

2 Ea est, de aliquo uel aliquibus peccatis actualibus dolo  
re & satisfacere postea esse securū de alijs peccatis, seu ori  
ginali peccato.

3 Hæc autem pœnitentia eorum, est particularis & tempo  
ralis, tantum de aliquibus peccatis, & in aliqua parte uitæ.

4 Coguntur ita sentire, qui peccatum originale profus  
non intelligūt corruptionē & pditionē esse totius naturæ.

5 Pœnitentia fidelium in Christo, est ultra peccata actu  
alia perpetua & usque ad mortem per totam uitam.

6 Quia ipsorum est morbum seu peccatum naturæ detes  
tari & odisse usque ad finem.

7 Recte enim Christus dicit omnibus suis, pœnitentiam  
agite. Totam scilicet uitam suam uolēs esse pœnitentiam.

8 Toto enim tempore uitæ durat peccatum in carne no  
stra, & aduersatur spiritui sibi aduersario.

f ij



ANTINOMICAE MARTINI LVT.

- 9 Quare omnia opera post iustificationem, sunt aliud nihil quàm pœnitentia, seu bonũ propositum cõtra peccatũ.
- 10 Nihil aliud enim agitur, quàm ut peccatum, per legem ostensum, & in Christo remissum, expurgetur.
- 11 Sicut filiorum Israel erat post obtentam terram Canaan, Iebusæos in finibus suis morantes expellere.
- 12 Et sicut non minor erat labor reliquos Iebusæos e finibus expellere quàm principio inuaderet.
- 13 Ita nõn multo minus est per pœnitentiam perpetuam reliquũ peccati psequi, quã à principio incepisse detestari.
- 14 Vnde fit, ut sancti & iusti (sic exercente eos per legem deo) sæpius tristentur & lugeant pro peccatis.
- 15 Cum tamen remissis peccatis in gratia sint, & in domino debeant gaudere.
- 16 Imo nullum actuale peccatum allegant, Et tamen miserabiliter clamant & petunt gratiã dei, ut est in Psalmis uidere.
- 17 Oratio dominica ab ipso domino sanctis & fidelibus suis tradita, pœnitentiæ pars est & doctrina legis plena.
- 18 Quisquis enim hanc uere orauerit, is propria uoce confitetur sese contra legem peccare, & pœnitere.
- 19 Qui enim petit sanctificari nomẽ dei, is fatetur nomen dei nõndum esse sanctificatum perfecte.
- 20 Et qui petit regnum dei uenire, fatetur se adhuc hæere ex parte in regno Satanæ, contrario dei regno.
- 21 Qui uoluntatem dei fieri petit, fatetur se magna ex parte inobedientem esse uoluntati dei, & de hoc pœnitere.
- 22 At lex dei est quæ docet, Nomen dei sanctificandum esse, quam legem orans testatur se non implese.
- 23 Et qui regnum Satanæ detestatur in sese reliquum, testatur simul se, præcipue legem primę tabule, non implese.
- 24 Et qui uoluntatem dei orat in se fieri, testatur se uoluntati dei non esse obedientem.



CONCLVSIONES.

- 25 Hanc autem orationem oportet ab ecclesia tota orari  
usq; in finem mudi, Et a quolibet sancto usq; ad mortem.
- 26 Quia tota ecclesia sancta est, & agnoscit sese peccatum  
habere, & perpetuam pœnitentiam agendam esse.
- 27 Quare & ipsa oratio dominica docet legē esse ante, sub  
& post euangelion, & ab ipsa inchoandam esse pœnitentiā.
- 28 Qui enim petit aliquid, prius fatetur sese non habere  
quod petit, & expectat donandum.
- 29 Lex autem est, quæ nobis prius ostendit, quid non ha  
beamus, & quod tamen sit necessario habendum.
- 30 Sequitur ex his, quod hostes istos legis, oportet ipsam  
orationem dominicam quoq; tollere, dum tollunt legem.
- 31 Quin & maximam partem concionum ipsius Christi  
tollere coguntur ex historia euangelica.
- 32 Ipse enim Matthæi 5. Legem Mosi non solum recitat,  
sed etiam perfecte explicat, & non soluendam esse docet.
- 33 Et pharisæum de magno & primo mandato legis eru  
diens, confirmat legem, dicitq; Hoc fac & uiues.
- 34 Passim quoq; per euangelion, arguit, increpat, minas  
tur, terret, & similia legis officia exercet.
- 35 Vt nulla unquam sit audita uel futura frons impuden  
tior quàm istorum, qui legem tollendam esse docent.
- 36 Scilicet miseros homines, pudet docere & facere, quod  
ipse dominus & fecit & docuit.
- 37 Ponatur casus, quod peccatum aliunde, quàm per le  
gem possit cognosci, quod tamen est impossibile.
- 38 Cur legem abiici oportet, si idem operetur, quod aliun  
de habetur, scilicet cognitionem peccati.
- 39 Et ut grāmaticè seu materialiter sumpto uocabulo lex  
tolleretur (Hoc enim necesse est eos sentire)
- 40 Quis tollet illā uiuentē, insculptā in cordibus, & chi  
rographū decreti cōtrarium nobis, qđ idē est cū lege Mosi.

f ij



# DISPVATIO

*Quarta D. Martini Lut.*

- 1 Nulla fuit in ecclesia pestilentior doctrina contra pœnitentiam (excepta Saducœa & Epicuræa) quàm papistarum.
- 2 Hæc sustulit pœnitentiam integrâ & ueram, dum non permisit certam esse remissionem peccatorum.
- 3 Docuerunt enim hominem (etiam pœnitentem) oportere esse incertum de gratia dei & remissione peccatorum.
- 4 Sed remiserunt miserum, ad meritum suæ contritionis, confessionis, satisfactionis, & tandem in purgatorium.
- 5 Nec tamen modum aut finem contritionis, confessionis, satisfactionis, ne purgatorij quidem constituerunt.
- 6 Quid autem pœniteas, si incertus sis, an retineãtur, ut remittantur peccata tua?
- 7 Hac ratione non docentur impœnitentes & securi incipiendam pœnitentiam.
- 8 Sed territi & incipientes pœnitere, coguntur cadere in finalem impœnitentiam.
- 9 Talibus pœnitentibus Christus nihil prodest, ut qui diffidere coguntur, an Christus pro peccatis sit mortuus.
- 10 Periculosior etiam est impœnitentia finalis & desperantia, quàm impœnitentia securorum.
- 11 Impœnitentia securorum, est contemptus dei. Impœnitentia finalis, est blasphemia in spiritum sanctum.
- 12 Cauenda igitur est doctrina papistarum de pœnitentia, sicut ipse infernus & diabolus.
- 13 Multo magis cauendi sunt, qui nullam prorsus pœnitentiam in ecclesia relinquunt.



## CONCLVSIONES.

14 Qui enim legem docendam esse negant, simpliciter & reuera nullam penitentiam esse uolunt.

15 Argumentatio ista. Quicquid non est necessarium ad iustificationem, neque in principio, neque in medio, neque in fine, id non est docendum etc. nihil est.

16 Primum si interrogas, quid istæ uerborum ampullæ, principium, medium, finis, sibi uelint, inuenias nec ipsos intelligere.

17 Vt si arguas, hominem esse mortuum in peccato, non est necessarium ad iustificationem, neque in principio, neque in medio, neque in fine, ergo hoc non est docendum.

18 Parentes honorare, caste uiuere, homicidijs, adulterijs, furtis abstinere, non est necessarium ad iustificationem, ergo talia non sunt docenda.

19 Hominem debere politicæ & œconomice inseruire, non est necessarium ad iustificationem, ergo lex eiusmodi tollenda.

20 Has consequentias Sophistæ olim irridentes uocauerunt, à Baculo ad Angulum.

21 Si Syllogismus uult, Hæc non esse docenda ad iustificationem necessaria, quid noui affertur?

22 Ex hoc non sequitur, legem esse tollendam, aut non docendam, etiam si nihil proficit ad iustificationem.

23 Falso allegatur in minore, Experiencia a Paulo & Barnabæ, pro quorum ministerium, sine lege gētes sunt iustificatæ.

24 Arguit enim Paulus, oēs peccatores esse (quod officium legis est) hoc ipso, quod iustificandos esse docet in Christo.

25 Iustificandus utique peccator est, nondum iustus, Et non nisi ex lege peccator esse conuincitur.

26 (Sine lege) ubique in Paulo intelligi debet, ut Augustinus recte exponit, Lege adiuuante, id quod semper secuti sumus.

27 Nihil enim iuuat lex ad impletionem sui, sed requirit impletionem sui.



ANTINOMICAE MARTINI LVT.

- 28 Requiritq; etiam a deo seuerè, ut Christo ipso teste, nec ociosum uerbum uelit impunitum.
- 29 Et eodem domino teste, neq; unum iota aut apex præteriri possit à lege, donec omnia fiant.
- 30 Deniq; soluendum est debitum, si nõ opponatur Christus legi exactrici, usque ad nouissimum quadrantem.
- 31 Non facit gratia & remissio peccatorum securos de peccato, ne forte, ac lege, quasi amplius sint nihil.
- 32 Sed multo magis diligentes & sollicitos, ut per Christum Saluatorem ea quotidie uincamus.
- 33 Lex enim nulla nostra necessitate, sed de facto iam inuitis nobis adest, ante & in principio, medio, fine & post iustificationem.
- 34 Vult em̄ ab initio peccati per Adam perpetrati, usque quo per Christum uictorem impleatur, doceri, nosci & agnare.
- 35 Sola uero fides in Christo iustificat, sola implet legem, sola facit opera bona, sine lege.
- 36 Sola enim accipit remissionem peccatorum, & sponte facit opera bona per charitatem.
- 37 Verum est, post iustificationem sponte sequi bona opera, sine lege, scilicet, iuuante nec iam extorquente.
- 38 Summa. Lex non est utilis nec necessaria, neque ad iustificationem, neque ad ulla opera bona, multo minus ad salutem.
- 39 Sed e contra iustificatio, bona opera & salus, sunt necessaria ad legis impletionem.
- 40 Venit enim Christus saluum facere, quod perierat, & ad restitutionem omnium, Vt Petrus dicit.
- 41 Quare non tollitur per Christum lex, sed restituitur, ut fiat Adam, talis qualis fuit, & etiam melior.





# DECANVS PA- TAVIENSIS LECTORI,

Antinomorum & Lutheranorum errores,

ἀντιλογῶν & Antichristianismum

illorum, agnoscere,



**Q**uoniam mihi, pie lector, cōclu-  
siones Antinomicas primū  
uidere contingeret, uehemē-  
ter gaudebam, & me tandē  
aliquando nactum existima-  
bam, quod tanto studio &  
desiderio futurum speraue-  
ram, & diu multumq; expe-  
ctāram, nempe q; Marti-  
nus Lutherus poenitentiae & crucis euangelicae ratio-  
nem & doctrinam (quam tam grauius suo hyperbo-  
lico, nouo & inaudito dogmate offenderat) sanaret,  
reuocaret, & unitati ecclesiae Christi restitueret. Sed  
posteaquam cōclusiones illas legere atq; relegere coe-  
pi, non potui non solum non dolere, sed coactus sum

g



etiam uehementer admirari, nouam illam & inexpectatam sophisticā. Meminerā Lutheranos & Vitenbergenses semp̄ odio sophisticas persecutos. Nunc inuertere omnia, & transfugere à claritate & puritate uerbi & euangelij ad tenebras illas, nebulas, & intricabiles tricas uerborum sane plus q̄ scoticas. Quot modis præstitisset, libere professos fuisse ignorantia & inscitia scripturarum, q̄ tam callida et odibili sophistica errorem obregere, & cæcos alioquin homines, & à lege præstanda originis uitio abhorrentes, ueluti à salutis æternæ uia abducere, & cōtra cōminationē diuinā errare facere? Dignum sane factū singulari illa deuteronomica maledictione, qua maledicitur q̄ cæcum facit errare in itinere. Hoc igitur isto dolore et nouitatis stupore inductus, atq; adeo correptus, sumpsi calamū, tumultuario quodā studio, ueluti παρρησιας conscripsi consideratiōes & axiomata quedā in illas ipsas tam intricatas & sophisticas sibiq; tot modis pugnātes cōclusiones. Et id quidem gratiā fratris mei IACOBI A MOSHAM, quæ uidebam cum plerisq; multis æqualibus patriæ meæ cōmuni errore huius seculi, sectæ Lutheranae plus in medio addictum, q̄ uis postea à me reuocati, utinā non rursus relapsū, & tandē iterum atq; iterum in uiam



AD LECTOREM.

ueritatis reducendū. Nam hæc mea est functio et uer-  
 bi ministerium, ut ego diuina clemētia & gratia con-  
 uersus, cōfirmem fratres meos. Errare, humanum est:  
 perseverare, non christianū. Neq̄ est lector q̄ expe-  
 ctes in illis nostris axiomatibus exactam singularum  
 Martinianarū conclusionū oppugnationē & confuta-  
 tionē. Hoc obiter agere uolui & planū facere, Mar-  
 tinum Luth. suosq̄; sectatores discrimen legis fidei &  
 operū nō animaduertisse, multoq̄; minus docuisse, ma-  
 gna profecto & incredibili christifidelium iactura. Il-  
 lius itaq̄; insignis inscitia præclarū specimen & do-  
 cumentū exhibuit hic Martinus, ne ullo quidē uerbo  
 ullam differentiā inter legē fidei, inter legē euange-  
 lij & Christi, inter legē spiritus uitæ, & inter legem  
 operū, carnis & mortis constituēs, sed hyperbolice &  
 monstrifice, absq̄; ulla distinctione & differētia ex-  
 clamās: Quantū cælum à terra distat, tantum debet  
 lex à iustificatione separari. Et lex non est utilis, neq̄;  
 necessaria, neq̄; ad iustificationem, neq̄; ad ulla bona  
 opera, multo minus ad salutē. Et tamen interim pul-  
 chre & fortiter uidetur sibi oppugnare Antinomos,  
 hoc est, sese ipsum, suamq̄; doctrinā plus q̄; antinomi-  
 cam prodit atq̄; manifestat. Vale, lege & perpende.  
 Ex Colonia Agrippina XXV. Maij. 1540



# CONSIDERA

## TIONES ET AXIOMATA

ueluti antitheses seu contrapositiones quædam, q̄ quemadmodū pœnitentiā non debet separari à remissione peccatorum, uerbum & charitas à fide, crux ab euangelio, sic etiam nec lex indiscriminatim debet separari à iustificatione; contra Martini Lutheri cōclusiones, q̄ doctrina legis ad docendam pœnitentiā sit in ecclesia necessaria, contra Antinomos quosdam per Rudbertum à Mossham Doctorem, Decanum Patauiensium.

sacrae Regiæ maiestatis consiliarium,  
Die XXI. Iulij, Anno M. D. XXXIX.  
Patauiæ ex libris Monarchiæ & Palingenesiæ fidei desumpta, deinde Coloniae Agrippinæ correctæ & emendata XXV. Maij,

1540.

**PRIMUM,** *Mirum est, q̄ Martinus Luth. ausus est scribere cōtra Antinomos, cum ipse sit ævlovouōrator, maximus scilicet legis oppugnator, & omnium Antinomorum, nostro seculo, autor & magister.*

*Secundo, Impium est legem ab euangelio & a iustificatione promiscue separare, cum euangelium & iustificatio, nihil aliud sit, quàm lex completa, & per-*



AXIOMATA CONTRA

*spiritum Christi complenda. Hinc quemadmodum fides uiua & iustificans, est inseparabilis à uerbo, charitate & obedientia, remissio peccatorum à poenitentia: sic etiam lex inseparabilis est à iustificatione. Nam fides & lex totam doctrinam Christi in se claudit atque complectitur. Doctrina autem Christi tota nihil aliud docet, nisi fidem & legem fidei, poenitentiam & remissionem peccatorum. Quae summa euangelij capita cum uerbu dei sint, & lex uerbi, fidei & charitatis: sine lege autem uerbum, fides & charitas, apprehendi, disci & doceri non possunt, consequitur legem indifferenter à iustificatione separari non debere, neque posse. Nam legem euangelij à uerbo, fide & charitate seungere, est regulam atque normam discendi uerbi, fidei & charitatis diuinae, tollere, & à cognitione dei & sui ipsius abducere. Nam per uerbum, fidem & charitatem dei, tanquam per patrem, filium & spiritum sanctum, ducimur in cognitionem nostri & diuinae bonitatis atque clementiae. Quin potius unum corpus spirituale & unus spiritus cum Christo efficimur.*

*Vt ergo non debet neque pater à filio, neque filius à patre, neque spiritus sanctus ab utroque separari: sic etiam non debet lex, quae est uerbum dei, & norma apprehendendi uerbi, à fide uel à iustificatione seungi:*



AXIOMATA CONTRA

quod hoc est deum à deo separare, et uerbum à uerbo  
& fidem à fide seiungere & tollere.

Pœnitētia à remissiōe peccatorum separari non  
potest quoad sumus in hoc corpore, propterea quod crucem  
Christi semper est portanda et baiulāda, quæ ab eo  
angelico separari non potest, neque debet.

Et quemadmodum lapsus nostri quotidiani, &  
quodammodo momentanei sunt, ita etiam pœnitentia  
quotidiana, & quodammodo momentanea esse debet  
ut tandem in morte, fides uictoria nostra per Chri-  
stum Iesum uincat atque triumphet.

Et quemadmodum corpus à spiritu nisi per  
tempus separari non potest, ita nec pœnitentia à remissiōe  
peccatorum seiungi debet.

Hæc autem pœnitentia discitur & habetur ex  
lege, per quam est cognitio peccati, igitur lex à iustifi-  
catione usque in mortem, tanquam exercitium discen-  
dæ & retinendæ fidei & spiritus Christi, nunquam  
est separanda.

Martinus autem falso dicit, Quantum cælum  
terra distat, tantum debet lex à iustificatione sepa-  
rari: & nihil docendū, dicendū, cogitandū in re iusti-  
ficationis, nisi solum uerbū gratiæ in Christo exhibitæ.

Hic dupliciter male dicit Martinus. Primo,



ANTINOMICAS CONCLV.

separat legem à iustificatione, quod fieri non potest nec debet, ut iam dictum est.

Secundo, q̄ à uerbo gratiæ excludit comminationem, pœnitentiã, crucem & obedientiã, præsertim cū uerbū gratiæ totū euangeliū complectatur. Euangelium aut̄ perpetuo prædicat pœnitentiã & remissionem peccatorum, charitatem & obedientiam usque in mortem exercendam.

Nec repugnat q̄ Martinus inquit: Nihil docendum, dicendum, cogitandum in re iustificationis, nisi solum uerbum gratiæ in Christo exhibitæ.

Nam lex uerbū gratiæ est, in qua uolūtas dei nobis aperitur. Magnæ aut̄ gratiæ & diuinæ clemētiæ est scire uoluntatem dei, sine qua nemo saluari potest. Præterea euāgelii nō solū prædicat gratiã, sed etiã iram dei, & eam quidē seuerã, & semper extimescendam: promittēs omnibus credentibus & pœnitētibus remissionē peccatorum & uitã æternã. Non minus interim cōminans omnibus incredulis & pœnitentiã contemnentibus & negligentibus supplicium, pœnam æternam & infernum. Hinc deus credi debet non minus iustus, quàm misericors: & fides apprehendere debet non minus comminationes suppliciorum, quàm promissiones præmiorum.



## AXIOMATA CONTRA

• In errorem autem hunc inductus est Martinus, quod credidit legem solum positam esse, ut agnoscat peccatum & mors: non etiam, ut lex sit exercitium fidei dei discendæ, augendæ, retinendæ, & usque in mortem exercendæ. Nam cum peccatum non cesset nisi in morte, oportet igitur legem semper intueri, ut agnoscamus peccatum & incredulitatem nostram, ut poenitentiam agamus, & fidem nostram confirmemus & consolidemus, ne rursus remissionem peccatorum, per peccatum & incredulitatem, amittamus.

Erroris causa est, quod Martinus credit, quod solummodo desita hominem iustificet, ut deinceps lege operetur, ut habet propositio xxxvii. tamen si contraria opinio est propositio xiiij. ut supra.

Cum autem legem Martinus aufert à iustificatione, aufert etiam agnitionem peccati, & per consequens poenitentiam. Et sic alteram partem euangelii tollit et extinguit Martinus. Cum autem tollit poenitentiam, tollit etiam obedientiam & crucem ab euangelio.

Nam cum lex præter alias causas etiam in hoc peccatissimo data sit, ut homo cognoscat deum atque semetipsum, hoc est, peccatum suipsum: cum autem corpus peccati non cesset usque in mortem, oportet igitur habere legem, quæ nobis peccatum ostendat, ut sit quod nos



ANTINOMICAS CONCLV.

*Semp̄ accuset, nobisq; ostendat, quid uitare, quid imitari debeamus, & ne de nostris uiribus præsumamus, sed in solo deo, unde omnis uictoria nostra dependet, cõfidamus atq; gloriemur, Ro. iij. I. Corin. I. Eph. ij.*

*Cum uero homo, quanto magis exercet legem et obseruare conatur, tanto magis seipsum cognoscit, & legem suis proprijs & humanis uiribus præstare, & satisfacere legi non potest. Cum uero exercendo & præstando legem quiuis intelligit, & legi (cui omnino satisfaciendum est) satisfacere non potest, tum per legem spiritualiter decipitur & occiditur, ut Apostolus inquit Ro. vij. Nam peccatum occasione accepta per præceptum decepit me, & per illud occidit.*

*Cum hoc itaq; pacto per legem spiritualiter occisi sumus, tum demum intelligimus altera euangelij parte, nempe remissione peccatorum per Christum, opus esse, ut corpus & caro nostra in nobis moriatur, & spiritus Christi in nobis uiuificetur, Ro. viij. & ut inquit Apostolus ad Gala. ij. Ego enim per legem legi mortuus fui, ut deo uiuerem, unã cum Christo crucifixus sum. Viuo tamen iam non ego, sed uiuit in me Christus. Vitam quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Nam si per legem est iustitia, igitur*



AXIOMATA CONTRA

Christus frustra mortuus est: Hic aures arrigat Lutherani, si tandem aliquando possint discrimen legis dei & operum perspicere & intelligere.

Ad hanc autem cognitionem & uerum sacrificium atq; hostiam deo immolandam, nempe corpora nostra, Ro. xij. peruenire nō possumus, nisi per alteram euangēlij partem, scilicet per pœnitentiam prioris uitæ. Quæ pœnitentia cum nō aliunde rectius discatur, nisi ex lege, non debet igitur lex à iustificatione usque in extremum spiritum uitæ ullo modo separari, ut fides per legem, pœnitentiam & crucem, per totam uitam exercitata & indies aucta, confidenter tandem mediatore Christo, mortem naturalem & æternalem superet & deuincat, ut letabundo animo cum D. Paulo dicere &

exclamare possimus:

O mors,

ubi est stimulus  
tuus?

O inferne,

ubi est uictoria tua?

I. Corin. XV.



# AXIOMATA

SECUNDAE DISPUTATIONIS

contra Martinum Lutherum eiusdem generis,

Patauiæ XXII. Iulij, Annõ 1559.

PER EVNDEM DECANVM.

**SVMMA**, Lex aliud non est, q̄ uolũ  
tas dei: absq; uolũtate au  
tem dei, saluari et iustificari nemo potest. Non debet  
igitur lex à iustificatione indiscriminatim separari.

Summa, Legem à iustificatione separare, est uo-  
luntatem dei à deo separare.

Sũma, lex aliud nõ est, q̄ uerbũ dei: uerbũ aut̄ dei,  
deus ip̄ se est. Non debet igitur deus à deo separari.

Sũma summarũ, Sine uerbo dei iustificari nemo po-  
test, nullo itaq; nõ potest lex à iustificatione seiungi.

Sũma, sine lege fides exerceri non p̄t: quia ubi lex  
nõ est, nec trãgressio est, nec fides est: quia sine uerbo  
fides nõ habet quod apprehendat, nõ est quod credat.

Consequitur igitur, q̄ legem à iustificatione sepa-  
rare, est fidem à uerbo, Christum & crucem ab euan-  
gelio tollere, & contritionem & pœnitentiã cordis,  
gratissimum deo sacrificium, extinguere, ore & uer-  
bo uano deum confiteri, corde & factõ negare.

b ij



AXIOMATA CONTRA

Summa summarum, legem à iustificatione sciun-  
gerè, ut sciungit & separat Lutherus, est ueram fi-  
dem subtili & satanico ueneno et occulto modo extir-  
pare: non fidem uiuam, sed mortuam prædicare, in spe-  
ciem fidem laudare, & obliquo ductu, ueluti diabolis  
cis & subterraneis quibusdam cuniculis eradicare, ut  
perniciosius sit fidem absq[ue] effectu laudare, q[ua]m opere  
sine fide prædicare.

Summa, immensa dei charitas deprehendi & in-  
telligi non potest absque lege, absque uerbo: sine uer-  
bo dei uero deus cognosci, amari & diligere non po-  
test: sine charitate autem fides nulla est, nihil prode-  
iuxta Apostolum I. Corin. xiiij.

Igitur legem à iustificatione disiungere, est sine  
cognitiõe dei, sine charitate, hoc est, sine uera fide sci-  
uari & iustificari uelle.

Summa, Deus charitas est, & qui manet in cha-  
ritate, in deo manet, & deus in eo. Qui non manet in  
lege, in charitate non manet: qui in lege & charitate  
non manet, iustificari non potest, quia sine lege crede-  
re non potest. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est:  
& qui non credit, condemnabitur. Qui uero credit,  
legem præstat, & præstare potest, quia credenti et  
fidem habenti, omnia sunt possibilia.



## ANTINOMICAS CONCLV.

Summa summarum, legem à iustificatione separare, uel sine lege iustificari uelle, est sine uerbo, fide & charitate, pium, iustum & saluum esse uelle.

Martinus ait, Quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari. Ego contra aio: Quantū cælum à terra distat, tantum est Lutheri dogma à Christi & apostolorum diuersum.

Summa, quanto efficax factum est uano uerbo præstantius, tanto est Christi & apostolorum doctrina, quàm Lutheri præstantior sanctiorquæ.

Summa, Christus & apostoli semper & ubique docent & urgent legem: Contra, Martinus suis sequaces, semper & ubique obscurant & uiolant.

Christus inquit: Vos amici mei estis, si feceritis quaecūquæ præcipio uobis. Martinus contra: Vos christiani estis & Christi amici, si credideritis tantum sine uerbo & charitate, sine poenitentia et cruce scilicet.

Christus ait: Facilius est cælū & terram transire, quàm unum apicem de lege cadere.

Martinus: tantum abest, ut ad unum apicem legis respectum habendum iudicet, ut totam legem à iustificatione indifferenter seungendam & separandam censeat.

Christus totam legem usque ad apicem unum ob-



AXIOMATA CONTRA

seruari mandat, Martinus totam legem rejici & cō-  
temni iubet.

Summa summarum, Christus terrifice & hyper-  
bolice per comparationem cæli & terræ legem docet,  
detonat & urget.

Martinus contra monstrifice & hyperbolice  
comparationē cæli et terræ eleuat, extinguit et tollit.

Quanto igitur Christi cōparatio est uerior &  
sanctior, tanto est Martini falsior & impudentior.

¶ Summa summarum.

Omnia erroris causa est, q̄ Martinus non  
discrimen inter legem fidei & legem operum, dicit  
Rom. iij. Præterea non uidit, q̄ fides & lex fidei  
ge diuersa sunt, sicut scriptura & pictura ab arte  
ge & norma scribendi & pingendi diuersa sunt. Lex  
fidei, docet uerbo dei credere, & charitatem ex  
re, nostram incredulitatē agnoscere, & ut discat  
uerbo fidei credere, & iustitiam dei agnoscere,  
est per fidem Iesu Christi in omnes & super oēs  
qui credunt, Rom. iij. hinc uerbum fides & charitas  
se inuicem separari non possunt. Et q̄ quem ad  
dum ad salutem nostram & cognitionem dei com



ANTINOMICAS CONCLV.

rere debent tres personæ, nempe deus pater, filius et spiritus sanctus: sic etiam tria distincta, diuina & cælestia uerba, ueluti tres substantiæ & personæ deificatæ, quippe uerbum, fides & charitas, & sic τρισμόνως, ter sola uel unitrina fides, ad iustificationem & cognitionem dei requiritur et necessaria est. Venim recte dicitur, solum uerbum iustificat, quemadmodum centurio ille euangelicus ait: μόνον εἶπὲ λόγον, solum dic uerbum, et sanabitur puer meus. Sic recte dicitur: Sola fides iustificat. Nam Christus ipse dixit: μόνον πισθε, solummodo crede, Lucæ viij. Marci. V. Sic etiam recte & probe dicitur: Sola charitas iustificat, quia rectissime dicitur: Solus deus iustificat. solus deus est, soli deo seruiendum est. Nam nisi immensa sua charitate deus respexisset genus humanum, nec uerbum neq; fidem haberemus. Sola igitur charitate dei per uerbum fidei iustificamur, non sola monarchia Lutherianorum fide, sed monarchia & unitrina, quæ recte sane dicitur τρισμόνως, ter sola uel unitrina fides. Hic fons errorum omnium est in Lutherismo, quia ignorarunt trinam illam & omnipotentissimam uim & uirtutem fidei, quæ à charitate & uerbo tam est inseparabilis, quàm deus pater à filio, uel filius à patre, & spiritus sanctus ab utroq; uel è contra.



AXIOMATA CONTRA

Vt enim Christus est lapis offendiculi & petra  
 offensionis, ita etiam fides & doctrina fidei, tanquam  
 proxima & uicina causa per quam peruenitur ad Chri-  
 stum. Itaque nihil mirum, quod tot ac tam eruditi uiri offen-  
 derunt in doctrina fidei. Sic contigit Israeli & genti-  
 bus, sicut Romanis & Lutheranis, iuxta illud Ro-  
 man. ix. ubi Apostolus inquit: Quid igitur dicemus  
 ad haec &c. offenderunt enim in lapidem offensionis  
 sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offen-  
 sionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum  
 non confundetur. Nemo igitur poterat absque Christi  
 & singulari eius gratia integre et particulariter  
 scire uel inuenire uel docere ueritatem, nisi solus Chri-  
 stus illiusque diuinum uerbum, ne quis gloriaretur,  
 ut si quis gloriatur, in domino gloriatur. Sic Lactan-  
 tius Firmianus ait de philosophis, quod nequiverint uer-  
 itatem comprehendere integre, quam tamen sicuti exemp-  
 ta & scripta illorum declarant, particulariter compre-  
 derunt totam, sed defendere non potuerunt, lib. vii. ca. 1.  
 Sic hoc nostro tempore Lutherani, Zuingliani, An-  
 baptista, & interim etiam Papista quaesierunt uer-  
 itatem, quam tamen comprehendere integre non potuerunt.  
 Particulariter tamen omnes sectae, si spiritum spectent  
 magis quam doctrinam, comprehenderunt totam, nisi quod



ANTINOMICAS CONCLV.

terim defuit qui illorum zelum & diligēs studiū redi-  
geret in corpus Christi spirituale perfectum & ad-  
ultum, ut loquitur Apostolus. Romanistæ docuerūt  
opera & ceremonias absq; fide: Lutherani, fidē absq;  
operibus, separātes factum à uerbo, utriq; diuinā tri-  
nitatem. In uerbo uiolantes alteram personam, ut mi-  
nimum adimentes & ex trinitate separantes, ut trini-  
tatem plane truncarint & mancam fecerint, non mi-  
nus Lutherani q̄ Romani. Zuingliani ademerunt  
Christo humanitatem, & corpus negantes in eucharī-  
stia, hoc est, in corpore Christi esse corpus & sangui-  
nem: cum tamen corpus sine carne et corpore atq; san-  
guine esse non possit. Anabaptistæ constituerunt  
trinitatē quadruplicem, existimantes, ad uerbum, fidē  
& charitatē necessarium anabaptismum: Ita errarūt  
& impegerunt omnes, & cum se crederent esse  
sapientes, stulti facti sunt, ut Apосто-  
lus loquitur, ut soli sapienti deo  
per Christum sit gloria  
immortalis &  
æterna.





DE APERTO

ET MANIFESTO DISCRIMINE  
doctrinæ & fidei monarchæ & monachæ,  
contra dogmata Lutherana & con-  
clusiones antinomicas, per  
eundem Decanum

Patauiens.

tertia disputatio seu cōfictatio Patauiæ III. Au-  
gusti 1539. Deinde Coloniae Agrippæ  
diligenter recognita & emendata  
XXVI. Maij. 1540



*I*n testamentis hominum, in mandatis  
cipum, in formulis & instructionibus  
darum rerum, nihil est immutandum, ad-  
dum, minuendum, sed limites testamentorum, ma-  
torum, formularum & instructionum diligenter  
obseruandi. Hinc iureconsulti aiunt & decernunt  
stamenta & mandata esse strictissimi iuris.



## ANTINOMICAS CONCLV:

Si igitur testamenta & mandata hominum strictissime obseruanda sunt, multo magis sacrosanctum testamentū Christi, & mandata dei strictissime obseruanda erunt.

Quia lex & mandata dei, plena sunt mysteriorum et arcanarum rerum, igitur nullo modo uiolanda, igitur nihil his addendum, nihil minuendum, non despectendum neq; ad dextram neq; ad sinistram.

Hinc sapientissimus Salomon ait Prouerb. xxx. Omnis sermo dei, ignitus clypeus est, sperantibus in se. Ne addas quicquam uerbis illius aut minuas, et arguaris inueniarisq; mendax.

¶ Deute. XII.

Moses ad populum:

Non facietis singuli quod uobis rectum uideatur, sed quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam aut minuas.

Hic audis ô Lutherane atq; adeo ô Romane, nō esse faciendū quod nobis rectum uideatur, sed quod nobis à domino præcipitur, hoc tantummodo esse faciendum, nec addendum, neq; minuendum quicquam.

i ij



AXIOMATA CONTRA

¶ Dominus ipse Iosue, Iosue .I.

Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias et cicias omnia, quae scripta sunt in eo. Tunc diriget te uiam tuam, et intelliges eam. Non declines a uerbis legis huius ad dextram uel ad sinistram, ut intelligas et cila quae agis. Ecce quam adamussim dirigit te legem dei, in mandata et praeccepta illius, ut possis dirigere uiam nostram et intelligere eam. Perit ac si diceret, si non manseritis in lege mea, erratis et non intelligetis uias et actiones uestras.

¶ Christus Iohan. XIII.

Ego sum Via, Veritas et Vita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, et patrem meum, cognouissetis: quia ipse et pater unum sunt.

¶ Idem Iohan. VIII.

Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, et cognoscetis ueritatem, et ueritas liberos reddet uos. Si manseritis in sermone meo, ait conditionaliter, et non asserens quod dominus dixerat superius ipse Iosue.

¶ Idem Iohan. XV.

Vos amici mei estis, si feceritis quaecumque praecipio uobis. Si feceritis, inquit conditionaliter, non si simpliciter credideritis, si fidem monacham et Lutheranam habeatis.



ANTINOMICAS CONCLV.

ritis, sed si feceritis quaecumque præcipio uobis, ait.

Christus dum dimittit apostolos suos in uniuersum mundum ad prædicandum euangelium omni creaturæ, ait Matth. ultimo: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: Docentes eos seruare quaecumque præcepi uobis. Docetes seruare, inquit, quaecumque præcepi uobis.

¶ Matthæi VII.

Non omnis qui mihi dixerit, Domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cælis est, hic intrabit. Intrabit in regnum cælorum, inquit. Hic facere iubet uoluntatem dei, non more Lutheranorum credere tantum.

¶ Lucæ VI.

Vt quid mihi dicitis, Domine domine, & non facitis quæ dico uobis? Et alibi Iohan. viij. Si filij Abrahæ essetis, & opera Abrahæ faceretis. Hinc uoluntas dei facienda est, non credenda tantum.

¶ Paulus ad Ro. II.

Non enim qui legem audiunt, iusti sunt apud deum, sed qui legem factis exprimunt, ij iusti habebuntur. Hic facti meminit, non fidei tantum, et legem factis exprimi, necesse esse confirmat. Antiqua translatio habet,  
Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed facti

i ij



AXIOMATA CONTRA

factores legis iustificabuntur. Hic audis ó Lutherane, si aures ad audiendū habes, factores legis, nō auditores tantū, iustos & iustificandos fore apud deū. Præterea audis q̄ hic Apostolus ad Ro. ij. idem docet et asserit, quod apostolus Iacobus Iaco. ij. cum inquit: Videtis igitur q̄ ex factis iustificetur hō, & non ex fide tantū. Hic uterq̄ apostolus tam Paulus q̄ Iacobus, ueluti diuino quodam penicillo monacham Lutheranorum fidem expressit, & monarcham, unitrinam illam docendam & præstandam esse asseruit.

¶ Paulus ad Titum. I.

Deum profitentur scire se, cæterum factis negant. Si deus factis negari solet, ergo et factis profitendus est. Deum profiteamur scire nos, & factis negamus, cum fidem monacham laudamus, & opera eleuamus, cum soli fidei monachæ iustificationem adscribimus, et factis & operibus detrahimus.

Summa, Euāgelium totum, factum & ueritatem præcipit, fidem monarcham, unitrinā, in qua uerbum, fides & charitas inseparabiliter inest, non fidem tantum, non monacham Lutheranorum fidem.

Summa, Voluntas dei faciendā, præstandā, ad effectum, ad factum, & opus deducendā est, non credendā tantum, non monacha fide astruendā tantum.



ANTINOMICAS CONCLV.

Igitur effectus & opus fidei iustificat, non fides tantum, non monacha illa & sola Lutheranorum fides.

Effectus à causa separari non potest. Effectus autem fidei, est opus & factum. Igitur opera & facta fidei iustificat, non monacha Lutheranorum fides.

Effectus, factum & opus, est spiritus & uita fidei, quia fides sine operibus mortua est. Igitur spiritus et uita iustificat, non monacha fides, quia spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam, Iohã. VI. ubi Christus etiam subiungit & addit: Verba quæ ego loquor uobis, spūs & uita sunt. Spiritus igitur Christi iustificat, qui uniter in uerbo uno, quod est Christus, in quo inhabitat tota plenitudo deitatis corporaliter, ad Col. ij. Plenitudo autem deitatis et diuinitatis, est uerbū, fides et charitas, uniter illa monarcha fides.

Summa, ut litera occidit, spiritus autem uiuificat: sic monacha Lutheranorum fides occidit. Spiritus autem, hoc est, monarcha fides, effectus fidei, factum fidei, opus fidei uiuificat & iustificat.

Effectus, factum, opus, spūs & uita, à uera fide separari nunquam possunt. Qua igitur fronte, dicere & docere audent Lutherani, quod opera non iustificent, quod facta fidei non iustificent, sed sola illa monastica, monacha, solitaria, uerbo et charitate castrata et orbata fides?



AXIOMATA CONTRA

Summa, Dicere & docere, Sola fides iustificat, opera non iustificat, ut docent & asserunt Lutherani, p̄inde est, ac si diceretur & doceretur, Caro prodest, non spiritus: litera uiuificat, nō spiritus: mors uiuificat & iustificat, non uita. Nōne hic olfacis lektor Antichristianismum in Lutherismo?

Summa, quāto spiritus est praestantior carne & litera, quāto uita est nobilior & efficacior morte, tanto sunt opera praestantiora, nobiliora, efficaciora, et deo gratiora, q̄ sola Lutheranorum monacha, Monasteriensis castrata fides.

Summa, Quanto spiritus et uita est laudabilior, q̄ litera, q̄ caro, q̄ mors, tanto uehementius sunt opera laudanda, extollenda, urgenda, docenda, ad iustificationem esse necessaria. Quia sine operibus, sine spiritu, sine uita, fides mortua est, imō fides nulla est, & ipsa mors est: quia uera fides, est ipsissimum factum et opus dei. Quandoquidem fides est factum et opus dei, ut inquit Christus ipse Iohan. VI. Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille.

Præterea uerbum dei, est opus perfectum, ut inquit Esdras, estq̄ illius dicti clarissima ratio, quia omnia solo uerbo dei facta & creata sunt, fiunt & creantur. Igitur sola facta & opera dei iustificat, non



ANTINOMICAS CONCLV.

*sola illa & mortua sine spiritu & uita Lutherano-  
rum fides.*

*Summa summarum, Dicere & docere, q̄ sola fi-  
des iustificat, non opera, quemadmodū Lutherani di-  
cunt & docent, est dicere & docere, q̄ litera, q̄ caro,  
q̄ mors, q̄ diabolus, q̄ ipsum mendacium, non spiritus,  
non uita, non deus, non ueritas facti, iustificet.*

*Fides sine facto & ueritate, est mendacium. Igi-  
tur ueritas facti iustificat, non uana fides. Ergo ope-  
ra ueritatis iustificat, non uana & mendax Luthe-  
ranorum fides.*

*Fides & doctrina Christi docet non minus quæ  
facienda, q̄ quæ credenda & speranda sunt, & docet  
facere & docere uoluntatem dei, nō credere tantum,  
ut ex factis & operibus nostris certam uocationē no-  
stram faciamus, ut loquitur diuus Petrus, ut faciendo,  
obediendo, poenitendo, crucem ferēdo, fidem & spem  
nostram quotidie certiore & firmiore faciamus.*

*Fides docet non minus faciendam iustificationē,  
q̄ credendam. Docet enim quomodo debeamus nos iu-  
stificare, sanctificare & mundare à peccatis. Ergo fa-  
cta non minus, q̄ fides iustificat.*

*Fides facit Christianum, Ergo factum & opus  
fidei iustificat.*



AXIOMATA CONTRA

Fides facit & creat opera, Ergo opera non minus q̄ fides iustificant.

Summa, quāto efficax factum est uano uerbo certius & praestantius, tanto certius opera & facta dei iustificant, q̄ monacha Lutheranorum fides.

Summa summarum, Christus & apostoli docent facere & prestare fidem, Martinus Luth. credere tantum. Christus uult ut fiat fides; Martinus, ut fides credatur tantum.

Effectui fidei debetur merces & iustificatio, ita deniq; aeterna. Ergo opera & facta iustificant, sola & uana fides. Quicquid enim seminauerit bonum hoc & metet, & quisq; mercedem iuxta laborem suum accipiet, ut testatur Apostolus. Et Christus horribilem illam extremi iudicij sententiam ex factis fidei pronunciat, non ex fide monastica tantum.

Summa summarum, Martinus Luth. & sui sequaces aliter docent, & diuerso, imò omnino cōtrario modo, summum articulum iustificatiōis & salutis nostrae, (à quo non solū omnis pietatis, sed & politica uita ratio dependet) q̄ docuit Christus & apostoli. Igitur falsum & impium est eorum dogma, horrendo Pauli anathemate feriendum, quod ad Galat. pronunciat, cum ait: Etiamsi nos, aut angelus à caelo pro-



ANTINOMICAS CONCLV.

dicauerit uobis euāgelium, præter id quod accepistis, anathema sit. Et quoties isti temeratores repetunt et inculcant hyperbolicum & nouum suum dogma, toties repetenda & inculcanda erit anathematis sententia, & cum Apostolo dicendum, cum inquit: Et quemadmodum antea diximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis prædicauerit euangelium, præter id quod accepistis, anathema sit.

Paulus apertam & claram differentiam prædicat & docet, inter legem operum & legem fidei, inter legem carnalem & spiritualem, inter legem peccati et legem dei, inter legem spiritus uitæ, & legem mortis, Roman. iij. vij. & viij.

Lutherus uero nullam legis differentiam prædicat & docet, sed promiscue, absque omni discrimine, monstrifice & hyperbolice docet & dicit:

Summa, Quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari. Et iterum:

Summa, Lex non est utilis, neq; necessaria, neque ad iustificationem, neq; ad ulla bona opera, multo minus ad salutem.

Multo aliter docet Christus, longe diuersissime Paulus. Duplici igitur, quin potius multiplici anathematis sententia feriendi sunt Lutherani.



## AXIOMATA CONTRA

Summus effectus & finis fidei & legis, est charitas, quia plenitudo et cōsummatio legis, est dilectio. Hic effectus et finis non minus iustificat q̄ sua causa, hoc est, ipsa fides: quia charitas operit multitudinē peccatorum, iuxta Petri sententiā. Et omnia sunt & constituenda sunt propter finem. Quid igitur est separare finem à fide? o ter cecos Lutheranos. Recte & lepide dixit Italus, insignis ille architectus Norinbergensium, quod equus & caballus suus intelligeret q̄ opera fidei iustificarent, non sola Lutheranorum fides.

Et Christus inquit, Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Hic charitati Christus tribuit iustificationem, & remissionem peccatorum.

Sed aliter & diuersum, imò omnino contrarium docet & prædicat Martinus, inquit: Sola fides iustificat, Opera uero charitatis non iustificant. Igitur anathema declarandus & proclamandus est Martinus, quia diuersum euangelium à Christo & Apostolo prædicat.

Paulus per doctrinam fidei & euangelij legem astruit, corroborat & confirmat, & abominatur destruere aut eleuare legem, cum ait ad Ro. iij. Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit. Imò legē



ANTINOMICAS CONCLV.

stabilimus, legem non destruimus, sed statuimus.

Contra, Martinus nihil erubescit neq; abominatur per nouum & inauditum euangelium suum, totam legis doctrinam destruere, eleuare & extinguere.

Apostolus Paulus discrimen facit inter legem spiritualem & carnalem, cum ad Ro. vii. ait: Scimus enim q; lex spiritualis est. At ego carnalis sum, uentus sub peccatum. Martinus contra indiscriminatum, promiscue & confuse, legem à iustificatione tollit & aufert.

Apostolus ait, se mente legi dei seruire, carne uero legi peccati, longe disternans inter legē dei, & legē peccati, cum ad Ro. vii. inquit: Itaq; idem ego mente quidem serui legi dei, carne uero legi peccati.

Lutherus nihil tale, sed absq; discrimine miscet legem dei cum lege peccati, tanquam Christum cum Belial confundens & coniungens.

Paulus asserit et affirmat se per legem spiritus uitæ, liberum reddi à iure peccati & mortis, cum ad Ro. viij. ait: Nam lex spiritus uitæ per Iesum Christum me liberum reddit à iure peccati & mortis. Vbi Apostolus expresse, claris & apertis uerbis, legem fidei seu spiritus, ad iustificationem & remissionem peccatorum necessariam esse astruit. Et q; lex spiri-



AXIOMATA CONTRA

tus uitæ nos liberos reddat à iure peccati & mortis.

Contra Martinus Luth. hæc legis discrimina omnia ignorat, & simpliciter & indifferenter ait: Quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari. Cum Paulus dicat se per legem spiritus uitæ, à iure peccati et mortis liberari et iustificari.

Luce igitur clarius liquet, Martinum Lut. suosq; sequaces, aliud & diuersum euangelium à Christo et apostolis asserere et docere. Graui profecto hac de causa, anathematis sententia coercendi, plectendi atq; puniendi.





# APPENDIX

SEV AVCTARIVM AXIOMATVM  
CONTRA ANTINOMICAS

Ioco epilogi additum, per eundē R. à Mosham  
D. Decanum Parauieñ. In Aschaffenburg, & au  
la Moguntina XV. Octob. 1539. Reco  
gnitum & emendatum Coloniae Agrip. XXVI.

Maij. 1540.

**Q**ui indiscriminatim & indifferenter legē  
à iustificatione separat, ut separant Lu  
therani, is legem fidei à fide, legem spiri  
tualem à spiritu, legem dei à deo, & legem spiritus  
uitæ à spiritu uiuificante separat, & factum à uerbo  
seiuungit. Veritatē euangelij, & exercitium omnis pie  
tatis & uirtutis, subtili & diabolico ueneno, ex pectō  
ribus mortalium aufert & tollit.

Et cum totum testamentum Christi **I E S U**  
sit conditionale, & Christifideles omnes in nouo  
testamento instituti sint hæredes conditionaliter,



AXIOMATA CONTRA

nempe si crediderint, si fidem ueram ac uiuam habuerint, si obedientiam fidei præstiterint. Huiusmodi enim conditiones exprimuntur in testamento Christi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, cõdemnabitur. Si uis in uitam ingredi, serua mandata. Iohan. xv. Vos amici mei estis, si seraueritis quaecumq; præcipio uobis &c.

Nos igitur dei hæredes & cohæredes Christi Iesu sumus, si conditiones testamēti & pacta noui fœderis serauerimus, nempe, si crediderimus, si poenitentiam egerimus. Et ut Apostolus ad Hebræ. iii. inquit: Nos Christi participes facti sumus, si initium substantiæ usq; ad finem firmum tenuerimus. Et Petrus refert, Nos diuinæ consortes esse naturæ, si resugerimus à corruptione, quæ est in mundo per concupiscentiam. Et ad Coloss. Inquit Apostolus: Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles corâ ipso. Si tamen, inquit, permanetis in fide, fundati & stabiles, & immobiles à spe euangelij, quod audistis.

Cum itaque Martinus suiq; sequaces, legem &



## ANTINOMICAS CONCLV:

opera charitatis, opera dei & fidei, à iustificatiõe se-  
parant, potissimam & principalissimam conditionem  
noui testamenti obscurant, tollunt & auferunt. Quàm  
autem graue piaculum & impostura fuerit, si apertis  
testamenti tabulis, procurator domino & principali  
suo renunciaret, ipsum esse institutum heredem pure  
& simpliciter, cum institutio facta fuerit conditiona-  
liter, quuius facile perspicere potest. Nam ignorata  
conditiõe, nemo conditionẽ implere curat. Quis enim  
curaret implere quod nescit? Non impleta autem con-  
ditiõe, hereditas regni caeloru & uitæ aeternæ amit-  
titur: Quia qui ignorat, ignorabitur. I. Corint. xiiij.  
Nunc igitur intelligunt Lutherani, quàm graui im-  
postura & iactura fallant & seducant oues Christi,  
conditionem noui testamenti ignorantes, obmittentes  
& non prædicantes.

Summa summarum, præcipua, unica, summa, &  
principalissima lex dei & Christi Iesu est, ut creda-  
mus, ut fidem habeamus. Nam tota scriptura nihil  
præcipit, nisi fidem: & nihil prohibet, nisi incredulita-  
tem. Qui igitur legem indifferenter & indiscrimina-  
tim à iustificatione separat, is planissime fidem à iu-  
stificatione separat. Nam omnium potissima & sum-  
ma lex dei est, ut credamus, ut fidem habeamus. Fidẽ



AXIOMATA CONTRA

autem & effectum fidei, conditionem fidei, à iustificatione separare, quid hoc aliud est, quàm euāgelium extinguere, & omnem fidei doctrinam peruertere?

Nunc uident Lutherani, si modò oculis cordis uidere uolunt & possunt, quid sit præter & extra uerbum dei, quin potius contra uerbum dei, diuersum & nouum euāgelium à Christo & apostolis docere et prædicare. Et quæ graue piaculum & sacrilegium sit, uerbo dei contra spiritum Christi, addere uel detrahere, & ab eo ad dextram uel sinistram declinare. Et quæ miserabilem stragem in repu. Christiana, nõ solum in pietatē, sed & in politicam uitam, & omne uirtutis exercitium, nouo & inaudito suo dogmate excitarint, quæ nunquam satis deplenda religionis clades, utinam tam subito & feliciter sedari queat, quæ inuicissimè spicato & infeliciter fuit exorta & aucta.

Stat igitur firmum, fixum & perpetuum, quod sola Ueritina, Monarcha, Euangelica, Christi fides, non Monacha Lutheranorum, iustificet. Et quod lex fidei, uerbum dei & charitas, à fide & à iustificatione separari non possint, neque debeant.



ANTINOMICAS CONCLV.

Reliqua & plura & copiosiora uidebis lector  
inferius in Osiandrisimo & Monachismo fidei, quo  
Norinbergen. ecclesiarū epistolæ respōdemus, et

ANTICHRISTVM

in Lutherismo sedentem, &

MERETRICEM

illam magnam fornicariam

contra

VERBVM DEI

spiritualiter & subtiliter

in doctrina Lutheranorum

FORNICANTEM,

conficimus & iugulamus

in uirtute & spiritu illius, qui uincit

& triumphat in æternum

& in omnia secula seculorum,

AMEN.

l ij





**HOC QVAR** tum hic an-  
nexum ger-  
manicum scriptū, ecclesiasticis Norinbergen. relictum  
& exhibitum, nempe Acta coram Septemuiris ad  
causam Decani Patavien. in curia senatoria audien-  
dam & auditam delegatis, propter temporis angusti-  
am, in linguam latinam transferri non potuit. Ea de  
causa poterit lector linguae Germanicae ignarus, pro  
sua uoluntate & commodo facile id uerti curare, ne sit  
ignarus quae Norinbergae coram Septemuiratu acta  
& lecta sunt. Est autem inter alia praecipuum quiddam  
scilicet, q̄ in ecclesia dei magna & uniuersali quatuor  
capitales & principales Antichristi sedeant atque  
regnent: quorum duo manifestantur, alter in  
Papismo, alter uero in Lutherismo:  
reliqui uero duo Caesareae  
& Regiae Maiestati  
una cum septem  
principibus  
Electo-  
ribus  
reuelandi & publicandi  
reseruantur.



# RELATION

vnd handlung so herr Röpche vonn Wossham,  
Doctor, Thambrechtant zu Passau &c.

vor den Syben verordneten aines  
erharn Rats zu Nürnberg, in

der Religion vnd glau-

bens sachen fürge-

brachte vnd

darge-

than hat,

den XXIII. Septemb.

M. D. XXXIX.

zu Nürnberg angefangen

vnd in syben tagen

geendet.



Wstlich ist fürgebrachte vnd verlesen worden  
ain predig, wider die greuwel im Babstumb,  
welche geschriffte vnd predig gedachter Thamb  
rechtant vor der Rö. Kün. Maesttat aigner person in ges  
hain vnter augen fürgetragen vnd gelesen hat, in wels  
cher auch ires Kün. Maesttat frey enedeckt worden, was  
massen dieselb sündigen in sanctuarium dei, vnd wider  
die heilig geschriffte vnd Euangelij. Dyser predig Tittel  
ist, wie hernachfolgt,



## CONCIO REGIA CO

ram rege Ferdinando secreto in faciem Re-  
gi lecta X. Augusti 1537 Praga.

¶ Zäm anndern / wie die Rō. Kū. Ma. nicht weiter  
hat hören wollen / hat sich gemelter Thambrecht an  
den Nancium Apostolicum, den Bāstlichen gesan-  
ten so dieselbe zeit an Rō. Kū. W. hoff gewest vnd noch  
ist / Nemlich herren Johann Moran Bischoff zū Wo-  
dena gerüst / vnd yme zū Wienn drey ernstliche ge-  
schuffte wider das Bāstumb vnd Anechtstentumb  
vnter augen verlesen / welcher Titel sein dysc / wie her  
nachfolgt /

## INFORMATIO SEV IN

structio pro summo pontifice, seu futuro conci-  
lio, de religione & rep. Christiana restituenda,  
per Rudbertum à Mosham Doctorem,  
Decanum Patauien. Consiliarium Regium,  
nempe quinq; causae primariae, quibus religio  
Christiana concidit, quibusq; ablati in inte-  
grum restitui possit. Quas quidem idem De-  
canus, tanquam quinq; talenta, ei pro mensu-  
ra fidei suae concredita, in foenus & usuram  
ad publicam mensam pontificis seu futuri con-  
cilij dare statuit, Anno M. D. xxxvij.



ACTA NORINBERGEN.

¶ Der andern geschuffte Titel vnnnd inhalt/

**ANTICHRISTIANICA,**

seu confutatio Bullæ indulgētiarum Pauli III. Pont. Max. per regnum Bohemice publicatae, anno 1537 qua sese postremo prodit hostis Christi, homo peccati, filius ille perditus, qua denique nouissimus Antichristus reuelatur p Rudbertum à Mosham Doctorem, Decanū Patauien. Consiliariū Regium, Anno domini 1537 Praga, mense Augusto.

¶ Der dritten geschuffte Titel vnnnd inhalt/

**ANTIBVLLA INDVLTEN**

tiarum pontificiarum Pauli Tertij Pont. Max. publicatarum Anno 1537 qua concilium generale celebrari & Christianismus restitui possit, per Rudbertum à Mosham Doctorem, Decanum Patauien. & Regium Consiliarium, ad perpetuam rei memoriam nomine pontificis Pauli Tertij meditata & conscripta.

¶ Nach verlesung dyser dreier geschuffte/ hat gedacht  
der Nuncius Apostolicus, vnnnd Bäschlicher gesandter  
offentlich vnd frey bekennende/ vnnnd mit der bannde  
auff sein hertz geklopffe vnd gesagt/ Warlich/ wann ich  
Babst were/ so wolt ich euch volgen &c.



Es hat auch gedachter Bäschlicher gesantter also dann zehant die gemelt handlung gedachtes Thämbechans treulich gesünder, dem Babst, nebenn sein des Thämbechans geschriben, rind die sachen dahin geübrt rind getriben das der Babst dem gemelten Thämbechant, durch ainen geduplirten sendebrief von dem herrn Cardinal Jacobo Sadoleto außgangen gen Rom zehmen erfodert hat, wie dan sölichen sendebueff die verordneten herrn gesehen rind gelesenn.

Wie aber die gemelte raiß wunderbarlich verbrodert, were zelang hieher züschreiben, werden die verordneten wol wissen kirtzlich zü referirn.

Nach sölichem allem rind züm dritten, ist ain Theil des vierdten büchs Von der Monarchie rind widerumburt des chrißlichen glaubes, durch gedachten Thämbechant beschriben, verlesen worden, welches innhalt wie hernachfolgt.

*Quo pacto Microcosmus debeat celebrare microsynodum,* Das ist, Wie ain yedlicher Christlich mensch, als die klainere welt, ain klains particular sonderlich Concilij, außserhalb des gemainē general Christlichen Concilij, darauff sich die Teutsch nation so betitig rind hitzig berüfft, eylunnds rind on verzög, balde beschliessen rind volziehen solle, damit eylunds büß rind



besserung vnnsers sündelichen lebens / nicht weniger in dem Luchertumb als inn dem Babstumb werde fürgenomen / zu versünen Gottes schrecklichen zorn / dadurch Gott die die welt (wo sie nicht eylendes büß vnnnd besserung thät) vngetzweyfelt straffen will vnd würdet / von wegen des rauhen / wercklosen / lieblosen / ghablosen glauben / so geprediget würdet nicht weniger in dem Luchertumb / als inn dem Babstumb. Vnnnd wie hertz / munde vnnnd that in amex Christlichen / gödelichen leere zusammen gebracht vnnnd geprediget werden sollen. Wie auch die Luchertisch leere inn dem articke der Justification / so gar falsch / irrig / exgerlich vnnnd der geschuffte widerwertig sey.

Zum vierdeen ist das gemele vierde büch Von der Monarchey vnnnd widergebärt des Christlichen glauben / wider das Luchertumb vnnnd Luchertisch Mönich eumb geschryben / fast gar zum ennde gelesen worden / darinnen clärlich angetzigt würdet / wie der Luchertischen leere in gemeltem articke der Justification so jämmerlich / exgerlich vnnnd verderblich / falsch / irrig vnnnd te selbst vnnnd der heyligen geschuffte widerwertig sey. Wie auch gedachte Luchertische leere / die lieb vnnnd gehorsam vom glauben / die ewig behärrig büß von der vergebung



der sündt / das creütz vom Euangelj. In summa / das wort vom werck / mit ainem wunderbarlichen subtilen teuffels giffte / voneinander absonder vnnnd thayle. Alles zu ainem fleischem / ergerlichem / wercklosen / vnblüß fertigen leben.

Zum funfften / ist ain kurtzer summarj berichte vnd außzug der ganntzen leere / Von der Monarchie vnnnd widergeburt des Christlichen glaubens / in vier Bücher verfasst / vnnnd der Römischen Kün. Maiestat zugeschriben / verlesen worden. Welcher außzug vnd kurtzer berichte den Syben Chärfürsten des heyligen Römischen Reichs zugeschriben wirdet. In welchem außzug ein vnparteyische / tugentliche / Christliche / gotselige leere fürgetragen vnnnd gezeiget wirdet / welche weder Lutherisch noch Bäßtisch ist / sonnder sy ist gleich wie **CHRISTVS** das Mittel / vnnnd wie die Apostel gelehret haben. Inn welcher auch gezeiget wirdet ain visier vnnnd modell / wie man das newe Hierusalem soll aufferbawen / vnd wie die heylig dryfaltigkeit / der Vatter / der Son / vñ der Heylig geyst / durchs Wort / Lieb / vnd Glaub / vngetrenlich / durch Hertz / Wunde vnnnd That / recht soll gehret vnnnd gepreyset werden. Damit wort vnd werck / in ainem yeden Gotliebenden



ACTA NORINBERGEN:

Christlichen menschen allzeit inn der warheyt beyein-  
 ander sein / vnnnd nicht ain werckloser / liebloser / hülfs-  
 loser / ja glaubloser glaub gelehret vnnnd geprediget werde.  
 Dann der glaub mäß zur lieb vnnnd gehorsam werden /  
 das wort zum werck / vnnnd das creütz **CHRISTI**  
 zum aller höchsten trost / damit die blöden gewissen / rechte  
 vnnnd mit beständigem grunde getröst / vnnnd nicht zur  
 fleischlichen / heydnischen freyheit des fleischs / gefüre  
 vnd verfürte werden. Damit auch ain yedlich Christen  
 mensch / von yme selbs vnnnd auß seinen wercken / leben  
 vnnnd wandel wisse / das er inn der warheyt ain rechter  
 Christ sey. Nicht das ers glaubloser ding allain glau-  
 be / vñ spreche: Es hat kam not / der glaub allain mache  
 selig &c. So doch d' rechte würcklich glaub allain / nym-  
 mer auff Lucherisch allain ist / sonnder der rechte Abra-  
 hams glaub allain / mäß allain sein / wie Got vnd Chri-  
 stus Jesus allain ist / welcher nymmer allain ist / son-  
 der er ist ainig / dryfaltig vnd allain / gleich wie Got ai-  
 nig / dryfaltig vnd allain ist. Darumb mache der ainig  
 vnnnd dryfaltig / oder dryainig glaub allain selig / in wels-  
 chem wort / lieb vnd glaub gleich als die hymnisch dryfal-  
 tigkeit beschlossen / allzeit ungetrenlich beyeinander  
 ist. Nicht der Lucherisch ansichtig Münchs glaub  
 allain / der das wort vom werck / die lieb vnnnd gehorsam



ACTA NORINBERGEN.

vom glauben/ergerlich vnnnd schenelich absondere vnnnd  
 von einander thaylet/dann es mäs wort vnd werck/lieb  
 vnd glaub/creütz vnd euangelj/ain ding sein/ vnd zusam  
 men gebracht werden. Daber mache vnd setze gedachter  
 Thambtechant ein vnterschaide *Inter fidem monar-*  
*cham & monacham*, das ist/vnter dem Höllichen/dy-  
 faltigen vnd dyainigen glauben allain/vnnnd vnter dem  
 ainschichtigen Lucherischen Mönchs glauben allain/  
 wie dan ainem Erbaru weysen Rath zu Nürnberg  
 ain kurtzer außzug vnnnd vnterschaide der Bäßstischen/  
 Lucherischen/vnnnd dysen des Thambtechants vom  
 Passaw leere/inn Latein vnnnd Teutsch/zügestele vnnnd  
 vberantworte worden.

Ferner so ist auch den syben verordneten herrn vnd  
 personen fürgetragen vnnnd angetzigt worden/Das in  
 der chrißtenhate an yetz vier Hauptantichrißten/ so von  
 der grossen Babylonischen vnd Römischen Härn beto-  
 komen/ vnd wider das Christentumb/vñ wider die bey-  
 lig Chrißlich religion vnd kyrchen/fleischliche vnd geyst-  
 liche fornication vnnnd härerey treiben vnnnd vben/für-  
 hannden sein/daraus er die zwen haubtantichrißten den  
 Bäßstischen vnnnd Lucherischen angetzigt/nemblich  
 das gleich wie inn der Römischen kyrchen vnnnd in dem  
 Babstumb / als in dem rechten geystlichen Babylon/



SEPTENVIRATV.

die groß Hâr vnd ir verlornen son der Antichrist vnuer  
schämte/leiblich/fleischlich/grob vnnnd greüolich sitze  
vnnnd regiere/Das auch also inn dem Luchbertumb/ain  
schändeliche/ergerliche/subtile/geystlich vertauffete  
Hâr/gleich als ain dochter der grossen Babylonischen  
vnnnd Römischen hâren/oder jrer schwestern Sodo  
me dochter/sitze vnnnd regiere/mit grossen schaden vnd  
nachtail/störung vnd zertrennung gemeines frides vnd  
ainigkeit inn der Chustenheit.

Was massen vnd gestalt aber/zû auffrichtung gemai  
nes frids vnnnd ainigkeit in der Religion vnd glaubens  
sachen/der Chustenheit zû nutz vnnnd gûten/die ober  
melecn zwen haubtantichristen wûrcklich bekrieget/bes  
stürmet vnnnd vertaget werden sollen/Vnnnd wo die an  
dern zwen hârische haubtantichristen sitzen vnd regie  
ren/vnnnd wer die selben sein/des erbeüt sich gedachter  
Thânigehant den syben alten herrn aines Erbarn wei  
sen Raths/frey/redlich vnnnd warhaftiglich (als ob er  
vor dem schrecklichenn gerichtsstâl Christi derhalbenn  
raytung geben müst) inn gegenwert mündelich fürzu  
bringen/anzeigzen vnnnd darzethân/damit alsdan mit  
grossen ernst vnd eyfer/der ernstlichen/hochwichtigen  
handlung nachgedacht/vnnnd dyselb erwoogen vnd zeyt  
lich beratschlagt möge werden.



ACTA NORINBERGEN. CORAM

Dyſe Relation rind handlung/iſt durch den er-  
melte Thambrecht/von beſſers beriches wegen ſelbſt  
verzeichnet/rind den obermelten reordneten Syben  
herrn rind perſonē/als zu amex gedenczettel obrerrichte  
rind zehanden geſtelt worden/am III. Octob.

Anno M. D. XXXIX.

Septemviri, a ſenatu Norinbergen. ad cau-  
ſam religioſis & fidei, a Decano Patauien.  
propoſitam, audiendam & referendam, or-  
dinati & deputati fuerunt, ut ſequitur:

Doctor Vencelaus Linck,

Andreas Ofiander,

Doctor Iohannes Epſtain.

Doctor Chriſtophorus Gugel.

Hieronymus Baumgartner ſenator,  
cui ſucceſſit Georgius Volckhamer,

Sebaſtianus Groſs ſenator.

Vilibaldus Herbart ſecretarius.





QVINTVM  
SCRIPTVM ECCLESIAST.

*Norinbergen. exhibitum.*

RESPONSVM  
THEODIDACTICVM

*Rudberti à Mosham Doct.*

*Decani Patauien.*

*ad questionem*

*& sophisma*

*Andree*

*Ost*

*andri,*

*quòd astute*

*ad confutandam*

*& eleuandam deificatam*

*illam Vnitrinitatem uerbi cælitus*

*donatam & repertam, nempe Verbi, fidei*

*& charitatis consinxit, & in medium produxit No-*

*rinbergæ XIII. Octobris, Anno 1539.*

*m iij*



ACTA NORINBERG.

Ad Ecclesiastas quatuor Norinbergen.

D: Venceflaum Linck,

Andream Ostandrum,

Thomam Venatorium, &

Vitum Theodorum.



Vando rogat sophi  
stice et captiose Q  
ander, an deus po  
ter sit incarnatus,  
tum ego aperte &  
differte respondeo,  
quod Christus Ioh.  
xiiij. respondit Phi  
lippe roganti & di  
ceti: Domine, osten

de nobis patrem, & sufficit nobis. Ad quem Iesus:  
Tanto tempore uobiscū sum, & non cognouistis me?  
Philippe, qui uidit me, uidit & patrem: & quomodo  
tu dicis, ostende nobis patrem? non credis q. ego in pa  
tre sum, & pater in me? Verba que ego loquor uobis,



ACTA NORINBERGEN.

à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera: Credite mihi quòd ego in patre sum, et pater in me, alioqui propter ipsa facta credite mihi. Sic ego nomine patris, filij & spiritus sancti ad Osiandru dico: Tanto tempore Theologus es, & uerba dei tibi arrogas & prædicas, & nõ cognouisti Christum? Osiander, qui uidit CHRISTVM, uidit & patre: qui cognouit CHRISTVM, cognouit & patrem: Et quomodo tu dicis, Ostende nobis, an deus sit incarnatus? non credis Osiander, q̄ deus in Christo est, & CHRISTVS in deo patre, & pater, in CHRISTO? Non credis quòd deus pater, deus est? Verba quæ locutus sum uobis ó ecclesiastæ Norinbergenses, à meipso non locutus sum, pater autem in me manens, ipse loquitur uerba, & facit opera. Credite mihi quòd ego in patre sum, hoc est, in uerbo dei: & pater, hoc est, diuinum paternumq̄ uerbum in me, alioqui propter ipsa facta, quæ uobiscum facio, & in futurum facturum sum, credite mihi.

Eat nunc Osiander cum sophistica sua & captiosa questione, & seipsum & suas collegas roget, sibiq̄ ipsi respondeat, An deus pater sit incarnatus: & se ipsum & suos collegas, atq̄ auditores omnes illaqueabit, & suo se gladio iugulabit, sua se sophistica sophi-



ACTA NORINBERGEN.

ficabit & enecabit. Dicam autem interim breuitatis causa meo dilecto Ostandro, quod Paulus olim dixit suo tantopere dilecto Tito, ad Tit. ij. ubi inquit

Apostolus: Stultas autem quaestiones & genealogias & contentiones, & pugnas legales deuita, sunt enim inutiles & uanae.

Sed quid  
audiret & obediret

Ostander

Paulo,

qui non audit, non obedit, nec intelligit Christum.

His rursus ualeant ecclesiastae Norinberg.

Rudbertus à Mosham doctor,  
Decanus Patauiensi. &c. suapte  
manu subscripsit.





# HOC QVINTVM

*scriptum Decanus prædictus in gratiam*

*Ostendri adijcere uoluit, ut intelligat*

*aliquando, quàm odibilis*

*& odiosa res sit sopbi-*

*stica, & ut colle-*

*gæ illius*

*hoc*

*exemplo*

*admoniti, discant*

*à re tam execrabili & perniciofa .*

*abstinere.*







# ARGV MENE

TVM IN EA QVAE SVBNE-

ctuntur, et præsertim in epistolam

Osiandri & Ecclesiarum

Norinbergen.

qua libellis & scriptis Decani Patauien.

Norinbergæ relictis & exhibitis, &

superius adductis respondent,

per eundem autorem

exaratum.



Actenus, candidissime lector,  
non absq; fructu opinor audisti,  
quæ summo pietatis & uerita-  
tis studio, atq; Lutherismi cor-  
rigendi & emendandi gratia  
per admonitionem & correcti-  
onem fraternam, ecclesiasticis Norinbergen. quatuor,  
ueluti quatuor Lutheranae sectae, in clarissima repu-  
quæ tanq; specula alijs proposita esse debet, pseudoeu-  
angelistis & ministris Antichristi & meretricis ma-  
gnæ, in ecclesia nostri seculi spiritualiter & subtiliter  
contra uerbum dei & Christi Iesu fornicantis, reliqui-  
mus & exhibuimus. Nunc breuiter & patietèr quid



ARGVMENTVM IN

aduersarij illi, non mei quidem, sed Christi Iesu, illi  
 usq; diuini uerbi, respondeant audias rogo, & q̄ mi-  
 ro & inaudito astu, plane diabolico, atq; omni genere  
 mendaciorum, (quod Antichristi & fornicariae illi-  
 us meretricis maxime proprium est) clarissimum ho-  
 men uerbi quod Christus est, obscurare atq; adeo si fi-  
 eri possit, & quantum in illis est eradicare: et ut olim  
 Iudaei Christum occiderunt carnaliter, sic illi in uer-  
 bo æterno Christum spiritualiter iugulare & interi-  
 mere conentur, ne quoquo modo illorum impij et sacrile-  
 gi errores, nempe Antichristus ille Lutheranus,  
 non Romanus, Meretrix illa in figura lucis & ueritatis,  
 Vitenbergensis, non Romanensis, orbis chri-  
 stiano hactenus incognita, pate fiat atque reuelentur.  
 Et q̄ grauius in deum, deiq; uerbum, & rempu-  
 blicam falso & impio dogmate peccarint, aliquando  
 in lucem prodeat atq; manifestetur. Eapropter in  
 ueritate uerbi, quod Christus ipse est, magnopere  
 hortor atq; obtestor, ut omnia q̄ diligentissime con-  
 sideres, perpēdas, atq; iudicium prorsus suspendas, ne  
 temere quicquam iudices, quousq; quid impijs & pla-  
 antichristianicis ministris et præconibus satanae men-  
 daciorum omniū auctoris, respondeatur, recte & per-  
 fecte intelligas. Tum enim tēpus est ut iudices, ut de-



EPISTOLAM OSIANDRI.

cernas atq; pronuncies. Inciuile enim est, ut Celsus in  
reconsultus inquit, nisi tota lege & causa perspecta,  
una aliqua eius parte proposita, respondere uel iudi-  
care. Curauimus enim certioris iudicij & ueritatis il-  
lustrandæ gratia, epistolam illam aduersariorum no-  
strorum, typis excudere, & hic unâ adnectere, & qui-  
dem ulro & sponte, non expectantes donec ab illis  
ipsis autoribus in lucem prodiret, nihil lucem et iudici-  
um mortalium & christifidelium omnium reformidan-  
tes, sed ut ex collatione ueluti purpura iuxta purpurâ  
posita, & ad ea quæ uirtute uerbi dei respondentur  
collata, rectius & pfectius causa tota iudicari possit.  
Et ut cuilibet Christifidelium perspicere facile sit,  
Christum in uerbo suo à ministris Antichristi fla-  
gellari, crucifigi & occidi. Ea de causa epistolæ  
Osiandrinæ titulum fecimus,

SPIRITUALIS CRUX CHRISTI ET  
PASSIO VNITRINI VERBI.

Præterea ut intelligat orbis Christianus totus ma-  
gna & singulari clementia dei, & præter omniū mor-  
talium expectationem, effulsisse tandem aliquando  
caelitus eam claritatem & illustrationem nominis et  
uerbi dei, qua filius ille perditus, Antichristus, ad-  
uersarius dei, q iuxta Danielē magnificabitur aduer-



ARGVMENTVM IN

sus omnem deum, & aduersus deum deorum, loquetur  
 magna, & dirigitur donec compleatur iracundia.  
 Et ut Apostolus inquit. ij. Thess. ij. qui effertur ad-  
 uersus omnem qui dicitur deus, aut numen: adeo, ut in  
 templo dei sedeat, ostentans seipsum esse deum, donec  
 e medio tollatur, & tunc patefiet iniquus ille, quē do-  
 minus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustra-  
 tione & claritate aduentus sui, cuius est aduentus se-  
 cundum operationem satanae, cum omni potentia &  
 signis ac prodigijs mendacibus, cum omni deceptione  
 iniustitiae, in his qui pereunt, pro eo quod charitate  
 ritatis non receperunt in hoc ut salui fierent. Et pro-  
 pterea mittet illis deus efficaciam illusionis & erro-  
 ris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non  
 crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniustitiam,  
 & consenserunt iniquitati. Haec uerba Apostoli au-  
 tiqua & graeca translatione diligēter collata & ex-  
 plicata, placuit adscribere, ut idolum illud magnum et  
 Antichristum in ecclesia dei, tam Romana quā Lu-  
 therana sedentem & regentem, ueluti in tabella depi-  
 ctum spectare, non solum legere & animo comprehen-  
 dere possis. Videbis enim, christiane lector, ecclesiarum  
 istas illos quatuor ueluti praecones non uerbi ueritatis,  
 sed mendacij: non unitatis, sed Babel, diuersitatis, con-



EPISTOLAM OSIANDRI.

fusionis & erroris, adeo ad hoc Apostoli uaticinium  
 de aduentu Antichristi Lutheranum suum spiritua-  
 lem illum Antichristum & meretricem magnam cō-  
 tra clarum uerbum dei fornicantem expressisse, ut ni-  
 bil potuisset clarius & manifestius, ut plane sperem,  
 Martinum Luth. ueritate & claritate uerbi uictum,  
 (quāuis maxime suspectum in hac causa iudicem) pro-  
 me contra ecclesiastas illos impios pronunciatum,  
 adeo enim expresserunt operationem satanae cū omni  
 potentia, signa & prodigia, & uera portenta menda-  
 ciorum cum omni deceptione iniustitiæ & efficacia il-  
 lusionis, eo quod charitatem ueritatis non receperunt,  
 hoc est, uerbi dei & fidei, à qua Lutherani charitatem  
 impie & crudeliter separarunt, & charitas est quæ est  
 consummatio, plenitudo, & finis legis, propter quam  
 omnia à deo constituta sunt, non iustificare docue-  
 runt, sed solam monacham illorum fidem, ut hoc diuino  
 Pauli oraculo, merito omnes iudicandi ueniāt, quia nō  
 crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniustitiam,  
 & uerbi iniquitatem & mendacium. Vt nunc tandem  
 Christus adueniens per claritatem & illustrationē  
 nominis & uerbi sui Antichristum aboleat, iugulet  
 atq; interficiat. In hoc enim excitatus est Pharaō ille  
 totius orbis, rex ille impudēs facie, *Ἐπισημῶν προσηλύματα,*



ARGVMENTVM.

ut Daniel appellat, ut Christus ostendat in eo potentiam suam, & ut annuncietur nomen Christi (postquam Antichristus gladio spiritus iugulatus fuerit) in tota terra. Nam quemadmodum deus Israel ille magnus & terribilis olim dixit Pharaoni Aegypti, quae figura & typus est totius orbis terrarum: In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra, Ro. ix. Sic nunc dicit Christus ad Pharaonem suum, ad hostem suum, ad Antichristum suum: In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra. Hac enim est uerbi & nominis Christi illustratio & clarificatio, uictoria & triumphus magnus & aeternus, ut aboleat potentia uerbi sui Pharaonem illum hostem & aduersarium suum. Oportet enim Christum filium dei aboleri omnem principatum & omnem potestatem ac uirtutem. Et regnare donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos, I. Corinth. XV.

Quod elargiatur ac concedat tandem is, qui operatur omnia, potentia uerbi sui, per Christum dominum nostrum.

Ex Colonia Agripp.

XXXI. Maij. M. D. XL.



SPIRITVALIS CRUX CHRISTI,  
ET PASSIO VNITRINI VERBI.



EPISTOLA  
AND. OSIANDRI

*suorumq; collegarum & eccle-  
sistarum Norinbergen.  
qua uicissim epistole et libellis R. à Mos-  
ham D. Decani Patauien. respondent, qua  
denique Ecclesiastæ illi tanquam ministri  
Antichristi & meretricis magnæ,  
Christum spiritualiter  
in uerbo suo flagel-  
lant, crucifi-  
gunt,  
& quantum in illis est,  
occidunt,  
totumq; passionis ludibrium in unitatis &  
trinitatis uerbum exercent.  
Mense Nouemb.*

1539.





NOBILI, EXI-

MIO ET INSIGNI VIRO

*Domino Rudberto à Mossbam, Decano  
Patauiensi, & Regio Consiliario &c.  
ad manus proprias.*

S> LITERAS *& libellos do-*

*minatiōis tue,  
diebus aliquot post discessum tuum elapsis, iam quidē  
certe præter expectationem, non inuiti tamen ab bo-  
spite tuo accepimus, eo q̄ iampridem optabamus, ut  
de nouis & noxijs erroribus tuis, quos improbe & in-  
portune in orbem spargere molir̄is, certum aliquod  
& fidedignum testimoniū extaret. Neque uero era-  
ulla causa cur absenti responderemus, nisi tibi homini  
uehementer iactabundo, ansam de silentio nostro glo-  
riandi præscindere, simulq̄ nos iustis de causis, in po-  
sterum nihil amplius tecum acturos esse, denūciare no-  
luissemus. Nam quod tibi adhuc præsentī p̄misimus,  
si ea, quæ nobiscum agere uelles, in literas retulisses,*



## VNITRINI VERBI.

nos tibi scripto uicissim responsuros, non eò ualere debuit, ut nos ad inuitiles, cum absente iam, disceptatiões obligaret, præsertim cum ita essemus animati, ut ne cum præsentem quidem diutius nobis contendendū esse iudicaremus. Quis enim libenter conflaretur cum eo, qui propter sacrarum literarum imperitiã, nihil sani docere, propter obstinatam animi pertinaciam, nihil boni à nobis discere, & propter bonarum artium ignorantiam, neq; de suis, neq; de aliorum argumentationibus recte iudicare, neq; omnino uincat an uincatur, intelligere possit? Quare in præsentiarū quoq; breues erimus, ea tantū contra te scripsisse contenti, quibus auditis atque perceptis, optimus quisq; cum de doctrina tua pronunciare, tum etiam de animo tuo recte ac uere poterit existimare.

Sunt autem tria, quæ potissimum in te reprehendimus: Primū, amara, uirulenta & uenenata tua conuicia, quibus in mores Lutheranorum inueheris. Alterum, uanissima, impudentissima & manifestissima mendacia, quibus doctrinã eorum calumniaris, ac deformare niteris. Tertium, noua, impia & perniciosa dogmata, quæ in ecclesia Christi spargere, ijsq; concordiam & tranquillitatem nostram perturbare moliris. De quibus cum pauca & necessaria tantum, or



dine dixerimus, finem non solum scribendi, uerum etiam  
 contendendi tecum faciemus, idque iuxta consilium diuini  
 Pauli, qui iubet, ut hæreticum hominem post unam et  
 alteram correptionem rejiciamus, eo quod subuersus sit,  
 et peccet ἀποκατάκειτος. Principio, negare non po-  
 tes, libros tuos, tot, tantis, tam amaris, uirulentis et ue-  
 nenatis in Lutherum et Lutheranos omnes, conuicijs,  
 probis, criminationibus, et maledictis scaterere ac  
 redundare, ut ante te nemo, neque Lutherum, neque quic-  
 quam omnino mortalium, pari conuiciandi et maledi-  
 cendi petulantia sit prosequutus. Nam et Lutheranus  
 omnia genera uitorum, corruptelas morum, euer-  
 nes legum, et quicquid huiusmodi excogitare potuisset,  
 generatim et agminatim ita affinxisti, ut totam eam  
 ἀνολεθρίαν illorum doctrinæ ascriberes. Et Lutherus  
 tantæ malitiæ insimulasti, ut de eo pronuciare nõ  
 bitaueris, eum desiderio pereundi perdendiq; omnia  
 scientem ac prudẽtem ad euertendam religionẽ pro-  
 rupisse, quinetiam alicubi peiorem, quæ Core, Dathan  
 et Abiram, atq; adeo ipsi propemodum satanæ po-  
 rem affirmasti. Atque utinam nobis fidem non fe-  
 lisses, sed libros tuos ut promittebas, diligentius inspi-  
 ciendos permisisses: enumeraremus profecto portenta  
 illa conuiciorum tuorum, oim non solum expectata



VNITRINI VERBI.

nem, uerum etiam fidem superantium. Quæ quanquã  
 ad nos quoque magna ex parte pertinere arbitremur,  
 eo quod tu, pios & bonos omnes, qui quidem errori-  
 bus & opinionibus hominum reiectis, sese totos au-  
 toritati sacrarum literarum dediderunt, sine ullo dis-  
 crimine, per contumeliam **LUTHERA-**  
**NOS** appelles, non tamen admodum commoue-  
 mur. Non enim dubitamus, quin nostri homines,  
 qui hoc genus doctrinæ ex animo complexi sunt,  
 ac retinent, si cum alijs huius seculi, quibusuis com-  
 parentur, humanitate, integritate, fide, ac pietate  
 longe superiores reperiantur. Et **LUTHE-**  
**RVS** bisce tuis criminationibus, adeo non est ob-  
 noxius, ut ne inimicis quidem eius fidem te facturum  
 esse credamus. Quod quidem non alio quam te ipso  
 teste, qui acerrimus eius es accusator, uerissimum  
 esse confirmabimus. Enimvero, an non memini-  
 sti, quod coram septem delegatis scriptorum tuorum  
 auscultatoribus, tua sponte, etiam cum iuramento  
 confirmasti? Credere te, atque adeo scire, quod  
 ueritatem hætenus laudabili zelo & sincero ani-  
 mo quæserit, & si quid erratum ab eo sit, sola igno-  
 rantia, non uero ulla malitia peccauerit? Cumque qui-  
 dam ex auscultatoribus, superiores tibi criminatione-



CRUX ET PASSIO

nes obieciſſent, repente confuſus erubiſti atq; obmū-  
 tuiſti? Quare cuiſmodi criminationes tuæ inaudita,  
 non quales nos haberi debeamus arguunt, ſed quali  
 tu ipſe ſis, aperte produnt atq; cōuincunt. Illud autem  
 nihilominus ferendum non eſt, quod eaſdem crimina-  
 tionem tuas iniuſtas, minimeq; ueras, ad damnandam  
 & euertendam ſanam doctrinam noſtram ualere uo-  
 luſti, quaſi quorum uita reprehēſibilis eſſet, inter eos  
 uera & ſyncera doctrina uerſari non poſſet. Nam  
 etiam ſi ea quæ tu noſtris hominibus falſo obijcis, uera  
 eſſent omnia, nihil tamē eorum ad redarguendam do-  
 ctrinam noſtram pertineret. Solet enim deus reme-  
 um uerbi ſui tum adhibere maxime, cum mores hominū  
 ſunt corruptiſſimi. Reuolue ſacras literas, inuenies  
 Noam iuſtitia præconem, cum mundus eſſet flagi-  
 tioſiſſimus: Moſen legiſlatorem, cum populus eſſet  
 contumaciſſimus. Reliquos prophetas magna ex par-  
 te concionantes, cum regnum Iſraeliticum idololatriæ  
 & alijs ſceleribus eſſet inquinatiſſimū. Quod ſi tem-  
 poribus illis aliquis tui ſimilis extitiſſet, qui ſanctiſ-  
 morum illorum prophetarum doctrinam, propter po-  
 puli ſcelera damnaret, an non ſumma ſe impietate &  
 blaſphemia obſtrinxiſſet? Quanquam cum ad te re-  
 ſpicimus, incogitantiam tuam ſatis non poſſumus ad-



VNITRINI VERBI.

mirari, & noua & antea inaudita doctrinae autor & assertor cum sis, tamen contendas, quorum uita possit iuste culpari, eorum doctrinam oportere ut impiam et perniciosam damnari. Quid enim? nihilne in uita & moribus tuis reprehendi potest? An oblitos nos esse arbitraris eorum, quae ex libris tuis, à te coacti, de te ipso didicimus? Quis superstitiosis sortibus deum, contra manifestum uerbum ipsius tentauit? quis easdem sortes, non sine idololatriae crimine, tanquam certum dei oraculum iactauit? Quis sacrae Regiae Maiestati sponte exquisitissimum de taciturnitate, in concione regia iuramentum praestitit? & tamen eandem in literas relatam, multorum auribus, quibus id gratum non fuit, contra ius iurandum inculcauit? Quis aduersarios suos, à suis ipsorum subditis extirpandos, certo se uaticinari gloriatus est? Quis eosdem subditos, iuramento magistratui praestito non obligari asseruit? An cum uita sceleribus inquinata doctrinae auctoritatem derogare debet, ut tu quidem contēdis, nos homini superstitioso, idololatrae, periuro, pseudoprophetae, seditioso, noua dogmata sacrae scripturae non consentanea afferenti, credituros fore sperasti?

Sed de his iam satis. Ad secundum caput huius disputationis ueniamus, in quo neq; nos ualde la



CRUX ET PASSIO

borabimus, quia uanissima, impudentissima & mand  
festissima tua contra doctrinam nostram mendacia,  
tantum recensēbimus, & tu magna, nisi fallimur, uo  
luptate afficiere, dum una nobiscum recognosces, &  
incredibili impudentia & audacia, nobis ueluti Philo  
steus ille, agminibus dei uiuentis exprobraueris.  
Quaquam hic superiorem querelam nostram repe  
tere non sine dolore cogimur, quod libros tuos ut pro  
mittebas, non exhibueris. Etenim si id fecisses, tantam  
profecto impudentissimorum mendaciorum tuorum  
uim & copiam ex eis produxissēmus, ut omnem existi  
mationem tuam, sub eorum pondere fatigatam & op  
pressam, apud optimum quemque funditus corruere ne  
cesse esset. Nunc uero pauca tantum quae ad manum  
sunt, uel nostra memoria retenta, uel notulis excepta,  
uel tuis ipsius libellis expressa, enumerabimus. Quo  
rum hoc merito principem locum obtinet, cuius nomine  
mendacij in faciem redargutus, crimen eluere non po  
teras, nempe quia scripseras, te satis mirari non pos  
se de temeraria, pudenda & impia doctrina Lutherana  
norum, qui dicerēt: Reliquias peccati non debere ex  
purgari, aut nos ab illis emūdari. Eiusdem etiam nota  
est, quod saepius inculcasti, Nos docere fidem, sine uer  
bo dei. Hoc uero quantum habet effrōtis audaciae, et



VNITRINI VERBI,

*tenentate uirulentia, quod asseris nos nullam differenti-*  
*am facere inter opera dei et opera diaboli, inter ope-*  
*ra fidei & incredulitatis, inter opera carnis & ope-*  
*ra spūs, inter legem spūs uitae & legem peccati atq;*  
*mortis? Quoties autem inculcasti, nos abstulisse uer-*  
*bum à fide, poenitentiam à remissione, crucem, ab eu-*  
*angelio? mirum p̄fecto, q̄ non addideris, solem è mun-*  
*do, & deum è caelo, cum id eadē uerecundia potueris,*  
*Huius porro generis hæc quoq; sunt, quæ sine fine de-*  
*blacteraſti, Nos fidem à dextris uerbo dei, à ſiniſtris*  
*charitate priuaſſe, Nos charitatem à fide ſeparare,*  
*nos fidem mortuam prædicare. Et quod pene obliti era-*  
*mus, cõfeſſionē noſtram ac totam Apologiam illius,*  
*cõminationum dei ne uno quidem uerbo meminiffe, &*  
*alia huius generis pene infinita, tantæ ac tam manife-*  
*ſtæ uanitat̄, impudentiæ & uirulentia, ut neq; conſu-*  
*tatione noſtra egeant, neq; cuiq; à te perſuaderi que-*  
*ant, imò nihil dubitamus quin eorum prædicatione &*  
*aſſeueratiõẽ, te bonis & pijs omnibus inuiſum & exe-*  
*crabilem ſis redditurus. Quare hoc unum te hoc loco*  
*admonere uolumus, ut etiam atq; etiam cogites, ſata-*  
*nam patrẽ mendacij, etiam homicidã eſſe, idq; nos mi-*  
*nime ignorare aut obliuiſci poſſe: ita enim facillime in-*  
*telliges, conſilia tuã, nos latere ac fallere non poſſe.*



## CRUX ET PASSIO

Restat iam ut de nouis, erroneis & perniciosiss  
tuis dogmatibus, etiam pauca dicamus. Si prius no  
stram de iustificatione sententiam, quam tu potissimū  
impugnare, deprauiare & euertere niteris, breuiter  
recensuerimus. Quæ ut recte intelligatur, sciendum  
est, uerbum iustificandi in sacris scripturis dupliciter  
usurpari. Primo enim significat peccatorem uel impi  
um, qui hactenus iniustus fuit, iustum efficere, ut ad  
Rom. iij. Credenti in eum qui iustificat impium, re  
putatur fides eius ad iustitiam. Secundo significat  
eum qui iam antea iustus est, cuius tamen iustitia ad  
hoc obscura uel contrauersa est, iustum probare, lau  
dare, declarare, uel pronunciare, ut Luc. viij. Publica  
ni iustificauerunt deum, baptizati baptisate Iohann  
nis, quo loco si quis iustificare, pro iustum efficere in  
terpretaretur, intolerabilem prorsus & manifeste  
blasphemam sententiam redderet. Quapropter hoc  
discrimen cōseruare maxime necessarium est, quod ut  
fiat, priorem iustificationem uocabimus effectiuam,  
posteriolem declaratiuam. Dicimus itaque & con  
stanter asserimus, hominem effectiue iustificari, fide  
in Christum, non operibus. Fidem autem intelli  
gimus & definimus, non carnalem opinionem uel assen  
sum humani cordis, sed uiuam illam uerbi dei & spiri



VNITRINI VERBI.

*ius sancti* *uicq;* *ap* quam deus operatur in cordibus no-  
 stris, substantiã rerum sperandarum, argumentũ non  
 apparentium, quæq; per dilectionẽ operatur, id quod  
 totus orbis Christianus planissime nouit, & aduersa-  
 rij nostri uel inuiti coguntur cõfiteri. Nam frigidum  
 illud carnis figmentũ, quod Iacobus fidẽ mortuam ap-  
 pellat, ne fidem quidẽ esse concedimus, tantum abest,  
 ut ei iustificãdi uim attribui patiamur. Sicut enim mor-  
 tuus homo, nõ est homo, sed cadauer: ita mortua fides,  
 iam nõ est fides, sed figmentũ carnis. Atq; hic concit-  
 dit & euanescit impudẽs illa & puicacissima eorũ ca-  
 lumnia, q; garrunt nos fidem sine uerbo & sine chari-  
 tate docere. Nam fidẽ ueram, sine charitate esse pos-  
 se, cõstanter negamus, & sine uerbo, non fidẽ, sed ma-  
 nifestam idololatriã esse cõtendimus. Cum autẽ opera  
 iustificare negamus, non tantũ de operibus carnali-  
 bus, ante fidẽ absq; spiritu sancto factis loquimur, ue-  
 rũ etiam de uere bonis illis operibus, quæ à iustifica-  
 tis ex fide, operante in eis spiritu sancto, fiunt. Ideoq; *interdum* Pauli genuinã sententiã & Ambrosij au-  
 toritatẽ sequuti, dicimus, Sola fides iustificat. Quorũ  
 uerborum, si linguæ pprietatẽ & usum sacrarum lite-  
 rarum spectes, nullo modo ea sententiã esse potest, quã  
 aduersariorum nostrorum impudens & excæcata ma-



CRUX ET PASSIO

lita p calūniā nobis obtrudere & affingere molitur,  
 scilicet q̄ solitaria fides, q̄ sit sine uerbo, sine charita  
 te, et sine bonis opibus, iustificet. sed hæc potius est sen  
 tētia: fides q̄ non est solitaria, sed habet secū uerbū dei  
 cui inicitur, et charitatē in quā redundat, sola tamē iu  
 stificat. Hæc inq̄ uerborū nostrorū ppria, cōstans et  
 genuina est sn̄a, nullaq̄ alia esse ullo mō pōt. Sicut in  
 simili genere loquutionis, cū Daniel cap. x. dicit: *Uidi*  
*autē ego Daniel solus uisionē.* non est, nec esse pōt ea  
 sententia, q̄ Daniel fuerit solitarius dum uideret uis  
 onem, sed ea potius est ppria, genuina & manifestis  
 sūma sententia, q̄ Daniel qui non erat solus aut solita  
 rius, sed habebat secum suos domesticos et familiares,  
 id quod textus clare dicit, *solus tamen uisionē uideri.*  
 Quod si quis Danielis uerba, in hoc sensu, recte, pro  
 prie, minimeq̄ ambigue dicta esse cōcedit, cogitur  
 nostra in tali sensu recte, proprie, minimeq̄ ambigue  
 dicta esse cōcedere. Sin autem nostra calumniari, et  
 prauare, & in alium sensum torquere nititur, iam ap  
 pto sese ne sacris quidē literis parcere declarat. Cuius  
 enim diuersissimæ et dissimillimæ inter se sint hæc due  
 sententiæ, *Fides est sola, & fides iustificat sola:* sicut  
 & illæ, *Daniel est solus, & Daniel uidet uisionem*  
*solus: q̄ nobis priorem, quam nunq̄ docuimus, aut con*



VNITRINI VERBI.

cessimus, affingit: & posteriorem, quam solam pfi-  
temur ac defendimus, dissimulat atq; supprimit, nosq;  
hac calumnia suspectos reddere laborat, is eadem ope-  
ra & calumnia Daniele impetit, eiusq; uerba per-  
uertit, & ita non nobis, sed sibi ipsi fidem derogat.  
Huius autem nostrae sanae & apostolicae doctrinae  
clara, certa, & contra inferorum portas inuicta testi-  
monia in sacris literis habemus, id quod paulo post, dū  
tua confutabimus, audies. Nunc quid tu noui afferas  
uideamus. Iactas te alterum esse Helciam sacerdo-  
tem, qui librum legis repereris, & speras tuis tempo-  
ribus, spiritualem Hierosolymā, ut est Apocal. xxi.  
reædificatum iri, ac præ magnitudine lucis, quam tua  
doctrina sit allatura, illud Esaiæ implendum esse: Et  
erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplici-  
ter &c. Ac duodecim nouæ illius ciuitatis portas, è  
tuo capite, sine ulla scripturæ auctoritate, stultissime  
& uanissime confictas, cælitus tibi donatas esse, cre-  
pas, easq; quatuor trinitates appellas. Quarū prima  
sit, pater, filius et spūssanctus. Secunda, uerbū, fides,  
et opera. Tertia, intellectus, ratio, et uolūtas. Quar-  
ta, cor, os & opus. Audesq; blasphemare & docere,  
& sicut pater, filius & spiritussanctus, sint una inse-  
parabilis diuina essentia, ita uerbū, fides et charitas,



CRUX ET PASSIO

sint una deifica quædam & inseparabilis res, quã subinde Fidẽ trinã, solam & unã, item Vnitrinã, & barbare  $\tau\epsilon\iota\sigma\mu\omicron\nu\alpha$   $\pi\acute{\iota}\sigma\iota\mu$  uocas. Præterea inferis: Sicut recte dicatur, Fides iustificat, ita etiã recte dici, Charitas iustificat & opera iustificant. Paulũ negantẽ q̄ opera iustificent, tantũ de operibus legis interpretaris, eaq̄ definitis, quæ uiribus humanis, ante fidẽ sine spiritu sancto fiant. Deniq̄ hanc tuã Vnitrinã fidẽ, quã tu solus doces, uocas fidẽ monarchã, id est imperatoriam, utinã nõ sit Monasteriensis: nostrã aut̄ monachã, id est solitariam, quia uirulẽter & sine fine deblacteras, eam esse uerbo & charitate spoliatam. Et quã acerbissime insecteris q̄ nos dicimus, Sola fides iustificat, contra tamẽ inanisime gloriaris, te unũ uidisse clarũ in euangelio textum, cuius autoritate recte dicatur, Sola fides iustificat, nempe illud Marci. v. & Luca. viij. tantũ crede, & salua erit filia tua. Hæc tua signẽta, uel portẽta uerius (nam reliqua indigni iudicamus, quæ hic cõmemorentur) qd ueri, qui ducunt si habeant, age diligenter nobiscum recognosce.

Nemo te uehemẽtius cõtendit, in sacris literis nihil addendũ, detrahẽdũ, mutandũ aut̄ innouandũ esse. Nemoq̄ cupidius damnat eos, q̄ nouis utuntur dicẽdi figuris & dogmatibus, q̄ tu: & recte sane cõtendis



VNITRINI VERBI.

ac damnas. Sed interim tamē fingis, excogitas, & in-  
 nouas, duodecim portas, quatuor trinitates, Vnitrinā  
 fidem, fidē monacham, fidē monarcham, fidē faciendā  
 non credendā, uerbū generans uerbū, triplex uerbū,  
 megacosmi megasynodum, microcosmi microsynodū,  
 nouæ Hierosolymæ megapolim, & micrapolim, tri-  
 altaria, tria sacrificia, charitatē iustificantē, & ope-  
 ra iustificātia, reliquaq; huius generis æque prodigio-  
 sa & fanatica, quorū maxima pars cōtra, omnia uero  
 præter sacrarum literarum & ueteris ecclesiæ auto-  
 ritatē finguntur ac nouantur à te. Iustissime ergo ex  
 ore tuo, ut Christus ait, condemnaberis. Et habes id  
 quod diuus Paulus, hæretici pertinacis & subuersi pro-  
 priū esse affirmat, nempe q̄ es <sup>αὐτοκατακλιτῆρ</sup>, hoc est,  
 tuo ipsius iudicio cōdemnatus. Præterea miramur  
 tuam in fingēdis duodecim portis fatuitatē. Cum enim  
 ea sit portarū natura, ut qui p̄ unam ingressus fuerit,  
 nō opus habeat ut p̄ aliam ingrediatur, nisi prius ali-  
 quā iterum exiuerit, necessario ex delirāmēto tuo se-  
 quetur, q̄ p̄ solum opus, quæ duodecima porta est, sine  
 cōfessione oris, sineq; sinceritate cordis, possimus in  
 tuam nouā Hierosolymā puenire, id quod nihil aliud  
 est, q̄ homines hypocriticis & simulatis operibus pos-  
 se saluari. Imò sequetur etiā, ut q̄ per hanc portam fue-  
 p̄ ij



CRUX ET PASSIO

rit ingressus, nihil opus habeat reliquis portis omnibus, hoc est, ingredi potuit, atq; adeo iam ingressus est, sine patre, filio, & spiritu sancto, sine uerbo, fide, & charitate, sine intellectu, rōne ac uolūtate, ad hunc modum curre p̄ singulas portas ordine, & p̄ quācumq; illarum, tyronē tuum introduxeris, nega eum reliquis undecim idigere, et reperiēs duodecies undecim, hoc est, centū triginta duas negatiōes, tibi ipsi turpissime contradicentes, et nouum tuum dogma potētissime subuertentes. Quanto rectius finxisses, duodecim portas esse duodecim apostolos, ut qui p̄ unum ex illis fidem edocētus, baptizatus, & in ecclesiā, uel regnum dei, quasi per portā quandā receptus esset, nō opus haberet alio alio ex reliquis undecim apostolis? Quid q; secunda porta, nempe filius dei, & quarta scilicet uerbum dei, sunt unum & idem? Aut ergo hæretice & cum blasphemā inter filium & uerbum dei distinguis, aut undecim tantum portas habes. Quid q; tota ciuitas cum oibus suis portis est sponsa agni? Agnus autem Christus est. An igitur deus pater et spiritus sanctus, sunt sponsa Christi? Quis nō excretur hanc tuā fingendā licentiā & blasphemā audaciam? Nam hoc quoq; nō solum hæreticum, uerum etiā blasphemum est, q; asseris uerbum, fidē & charitatē esse unum, quāadmodum pa-



VNITRINI VERBI.

ter, filius & spiritus sanctus unum sunt. Fuit enim uerbum dei ab æterno, & manebit in æternum. Fides autem incepit in tēpore, et rursus euacuabitur, teste Paulo, nō possunt igitur esse unum. Itē, uerbum dei, deus ē: fides autē opus dei, & sic creatura est. Quæ autē maior blasphemia cogitari pōt, q̄ dicere, deum cum opere suo, seu creatura sua, esse unum, sicut pater, filius et spū sanctus unum sunt? Itē Paulus inquit: Fides, spes, charitas, tria hæc &c. Atqui si tria sunt, fides et charitas nō sunt unum. Hæc & similia cum præsens quorū a nobis audires, & te uictum ac cōfusum esse sentires, nō tamen ueritati cedebas, sed dicere audebas, fidem etiā fuisse ab æterno. Interrogatus, ubinā? respōdebas, In deo. Iterum interrogatus quid, cui, crederet deus, & an illa fides esset eiusdē generis cum fide nostra iustificante? prorsus obmutescebas, nec quō te ex talibus blasphemijs extricares, reperire poteras. Verum, etiā si condonaremus, (quod, absit tamen, ut faciamus) uerbum, fidem & charitatem esse unum, nondum tamen sequeretur, quod fides, charitas & opera ideo simul & æque iustificarent, sicut tu inferre conaris. Nam pater, filius, & spiritus sanctus, uere & super excellenter sunt unum, & tamen deus pater generat deum filium, filius nō generat deum: Ita etiā si



CRUX ET PASSIO

fides & charitas uere essent unum, tamen fides adhuc  
 posset sola iustificare, sicut pater solus generat, &  
 charitas nõ iustificare, sicut filius nõ generat. Ad  
 hæc quoq; cū præsentī tibi obijcerentur, nihilo melius  
 respōdisti q̄ ad superiora, sed uehementer confusus,  
 in hanc hæreticam & blasphemā sententiā erupisti:  
 Verbum etiam generat uerbū. Imò triplex est uerbū.  
 Interrogatus, ubi nam hoc scriptura doceret, respon-  
 disti: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud de-  
 um, & deus erat uerbū. Quo responso, quid uolueris,  
 multum à nobis agitatus, dicere tamen clare nõ aude-  
 bas. Similiter, cum Osiander instaret, et ita arguen-  
 taretur, quis pater, filius & spūssanctus sint unum,  
 tamen solus filius est incarnatus, non pater nec spū-  
 s sanctus. Ergo etiam si fides et charitas essent unū,  
 adhuc tamen sola fides iustificare posset, & charitas  
 non iustificare, non ualet igitur consequentia tua. Tu  
 quidē cum risu Sardonico excipiebas. Cumq; ille se-  
 us interrogaret, an deus pater esset incarnatus? e-  
 dem ferē respōdebas, quæ postea in respōso tuo Theo-  
 didactico (quod tamen uerius est λεγομεν δ' αὐτὸν ὄν  
 & πα-  
 naticum) scripsisti. Sed nihil ad rem. Urget enim ue-  
 re te quæstio Osiandri. Nam si responderis, Deum  
 patrē esse incarnatū, hæreticus es: si dixeris, non esse



VNITRINI VERBI,

*incarnatum, concidit falsa tua consequentia funditus.*  
 Sed tēpus est, ut ad totius negocij caput accedamus,  
 nempe q̄ opera nō iustificant. Hoc aut̄ Paulus clare  
 docet ad Ro. iij. cum inqt: Arbitramur hominē iustifi-  
 cari p̄ fidem, sine operibus legis. Hic tu cōcedis homi-  
 nē fide iustificari, & opera legis non iustificare. Sed  
 definis opera legis, quæ fiant uiribus hūanis, ante fidē  
 sine spūsancto. Deinde infers, q̄ opera bona, quæ fiāt  
 à credentibus, operante in eis spūsancto, iustificent.  
 Sed nos neutrum tibi cōcedimus. Neq̄ enim opera le-  
 gis recte definis, neq̄ operibus uere bonis, iustificatio  
 nē effectiuā recte tribuis. Sunt enim opera legis quæ  
 à lege præcipiuntur. Lex autē spūalis est, ergo præci-  
 pit opera spiritualia, quæ et si faciamus, nō tamen p̄ ea  
 iustificamur. Id quod manifestum est in lapsu Galata-  
 rum. Illi enim in Christum crediderant, fide iustifica-  
 ti erant, spiritum sanctum acceperant, & uirtutes etiā  
 atq̄ miracula operabantur, teste Paulo. Quare ope-  
 ra eorum haud dubie non erant opera ex uiribus car-  
 nis ante fidē sine spūsancto, sed erant opera uere bo-  
 na, in lege præcepta, ex fide, operāte in eis spūsancto  
 facta: et tamen, quia paulo post seducti à pseudaposto-  
 lis, incipiebant eisdē suis operibus tribuere uim iustifi-  
 candi effectiuā, sicut tu quoq̄ facis, Paulus opera co-



CRUX ET PASSIO

rum uocat opa legis, quæ iustificare nõ possunt, dicitq̃  
 eos excidisse à fide, & euacuatos esse à Christo. Ma-  
 nifestum ẽ igitur, te opa legis nõ recte definire. Verũ  
 tamẽ, etiã si recte definisses, nõ tamẽ seq̃retur, Opera  
 legis nõ iustificat, ergo opa fidei et sp̃s iustificat,  
 sicut nec hoc seq̃tur, Plato nõ disputat, ergo Socrates  
 disputat. Paulus enim clarissime p̃bat, nulla oĩno ope-  
 ra, quantũuis bona, iustificare. Negat enim Abra-  
 hamũ iustificatum ex opibus, Ro. iij. Atqui opera  
 Abrahami fuerunt opera præstantissima, q̃bus bonũ  
 temere quisq̃ sua cõparare, nedum præferre audeat.  
 Quod si optima opera Abrahami nõ iustificat, nul-  
 la p̃fecto bona opa iustificat. Porro ne q̃s de hac sen-  
 tentia Pauli dubitare possit, subdit: Ei autẽ q̃ operi-  
 tur, merces nõ imputatur secundũ gratiã, sed secundũ  
 debitum. Quibus uerbis clare significat, se de tam bo-  
 nis & excellẽtibus operibus loq̃, ut si Abrahamus  
 illis faciẽdis iustificatus fuisset, fructus iustificatio-  
 nis eius nõ ex gratia, sed ex debito illi cõtigisset. hoc autẽ  
 nisi de uere & excellenter bonis opibus intelligi non  
 p̃t. Quis enim uel cogitare audeat, ei, qui faciat opa  
 ex uiribus carnis, sine fide, sineq̃ sp̃s sancto, in specie  
 bona, mercedem ex debito cõpetere, ita ut gratia non  
 egeat? Nulla igitur opera oĩno, neq̃ ante neq̃ post



V. NITRINI VERBI.

fide iustificant, sed Sola fides, ut diximus, præsertim cum Paulus clare dicat ad Rom. iij. Nos iustificari gratis, per gratiam Christi. Ex operibus autem iustificari, non est gratis, quia operanti, merces imputatur secundum debitum. Eandem uim habet & illa quæ Paulus ex Davide illic adducit: Beati quorum remissa sunt iniquitates &c. Remittere enim iniquitates, nõ pertinet ad opera nostra quantumuis bona, sed ad gratiam dei per Christum. Idem luculenter testatur Esaias liij. cap. In scientia sua, inquit, iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Scientia autem seu cognitio Christi, longe aliud est, quàm opera nostra, quantumuis bona, & ex spiritu facta. Sed nihil clarius dici potest, quàm quod Paulus dicit I. Corinth. I. Christus factus est nobis sapientia à deo & iustitia. Nam si Christus est iustitia nostra, & nos Christum nullo opere, sed sola fide apprehendimus, manifestum est, quòd sola fide iustificamur, non operibus. Manifestum etiam est, quòd qui suis operibus, quantumuis bonis, iustitiam tribuit, ille opera manuum suarum adorat pro Christo filio dei, quæ est summa et execranda idololatria.

His paucis poteramus esse cõtenti, uerum ut intelligat omnes, te non uulgariter errare, sed subuersum, et



tuo ipsiusmet iudicio condemnatum esse, ostendemus etiam ex tuis ipsis uerbis quod nulla opera iustificat. Concedis enim uerum in Christum fide iustificare, hoc est, causam efficientem iustitiae esse. Concedis item, iustitiam esse causam efficientem bonorum operum, neque uero id solum concedis, uerum etiam asseris. Atqui ex his necessario sequitur, opera bona effectiue iustificare non posse. Quicquid enim effectiue iustificat, iustitiae causa efficiens est. Nulla autem opera sunt causa efficiens iustitiae, sed sunt effectus tantum, ergo nulla opera iustificat: Quia impossibile est, effectum esse uel fieri causam efficientem suae causae efficietis, id quod praesens quocumque totidem uerbis audiisti, neque tamen confutare potuisti, sed cum multa indocte et imperite de quatuor causarum generibus effunderes, tandem ueritate coactus, dixisti: Opera esse causam finale. Atqui si causa finalis sunt, non sunt causa efficiens, non iustificat igitur. Hoc etiam uerba Christi clare docent, cum dicit: Non potest arbor mala fructus bonos facere. Nam quisquis opera iustificari uult, is adhuc iniustus est et arbor mala, non potest ergo iuste operari, nec bonos fructus facere, impossibile igitur est, ut sua eum opera iustificet. Sin autem antea iustificatus est per fidem, ita ut possit iam bona opera facere, nihil opus est, ut per bona illa opera



*iustificari fingatur, cum antea iustus sit. Quamquam enim recte dicitur quod iustificatus est, iustificetur adhuc: non tamen de operibus intelligi debet, sed de fide tantum. Iustitia enim dei reuelatur non ex fide in opera, sed ex fide in fidem, ut inquit Paulus, hoc est, quod fide in Christum iustificatus bene operari coepit, non debet fiduciam iustitiae a fide et gratia Christi translata in operibus suis collocare, sed potius bona sua opera fidei iustificanti accepta ferre, et ita omnem fiduciam ab operibus remota, iterum in gratiam Christi per fidem reportare. Quod autem Iacobus ait Abrahamum ex operibus iustificatum esse, nullo modo de iustificatione effectiua, de qua hic agimus, intelligi potest, sed tantum de iustificatione declaratiua, de qua nulla unquam fuit controversia. Manifestissimum est enim, Abrahamum offerendo filium suum, non iustum effectum esse, sed cum circiter viginti octo annis antea per solam fidem in promissione dei de Christo sibi factam iustificatus fuisset, offerendo filium insigne testimonium iustitiae suae consequutus est. Imo totus ille Iacobi locus tantum ad declarationem iustitiae fidei pertinet. Introducit enim duos, quorum neuter querit quomodo effectiue iustificari debeat, sed uterque sese sola fide iam olim iustificatum esse confidit atque iacet. Querunt autem et altercantur, utrius iustitiae fidei re-*



CRUX ET PASSIO

de ac certo declarata seu manifestata sit, & testimo-  
nium mereatur, cum alter fidem iactando, alter ope-  
ra ostendēdo, sese fide iustos esse, probare conati sint.  
Iacobus aut tanq̄ iudex uel arbiter eorum, negat fidē  
iustificantē recte probari, iactatione tantū: quia mul-  
ti fidē iactant, quā tamen nō habent, sed eum q̄ cōfessi-  
oni fidei, bona opa cōiunxerit, recte iustificari, id est,  
iustum agnosci & p̄nunciari cōtendit. Non q̄ opera  
illa iustum eum efficiant, cum prius q̄ bona opera fa-  
ciat, iustum esse oporteat. sicut tu quoq̄ concessisti: sed  
q̄ bona opera fidei testimoniū p̄hibeant, cuius intuitu  
uera & sincera esse pronuncietur. Hęc sententia ni-  
hil habet incōmodi, sed cōuenit cū uniuersa scriptura,  
quare haud dubie genuina est. Sed de his iam satis.

Supereſt ingens & p̄p̄modū infinitus acerrimus er-  
rorum, cōtradictionum, deprauationū scripturę, falsa-  
rum argumentationū, & blasphemiarū tuarum, que  
oīa in presentiarū omitemus, et ijs, quibus cum uiuis,  
et apud quos ea effundere ac disseminare conaris, cō-  
futanda cōmittemus, p̄sertim cum eis p̄tinaciter in-  
hæreas, nec ullā nobis emendationis tuę spem reliquā  
feceris. Ac ne p̄positiones quidē tuas contra Luthe-  
rum in Antinomorum causa scriptas attingemus, cū  
neq̄ causam totam cognitā habeamus, neq̄ Lutherus



VNITRINI VERBI.

nostra defensione egeat: & tu toties iactaris, te coram cum eo acturum, ut id sine summa turpitudine, & manifestissimæ uanitatæ nota, negligere amplius iam non possis.

Reliquus est libellus, cui titulum fecisti, Relatio &c. in quo nihil est quod magnopere ad rem pertineat, nisi quod in eo suspiciones quorundam confirmas, qui iam inde ab initio augurabantur te subornatum, ut uogis dogmatibus, erroribus & disidijs, concordiam nostram turbares, & ita nos Papiſtarum furori magis obnoxios & opportunos efficeres. Et certe omnia belle quadrant. Nam promittis te Septemuiris nostris secreto ostensurum, quomodo duo Antichristi (quorum alterum **LUTHERVM** facis) possint debellari & extirpari, bella igitur & cædes cogitas. Minaris etiam alicubi, nos duplicis anathematis sententia feriendos, cõsiliorum ergo contra nos initorum conscius es. Papam crudelissimum tyrannum, **ANTICHRISTVM** appellasti, & infinitis alijs conuicijs proscidisti, ille tamen te amice uocat, tuq; sine publica pace ad eum profecturum te esse dicis, colludis igitur. **PRIN-**cipem autem Electorem Saxonie clementissimum, & plane innocuum, sine publica pace, adire non uis,



CRUX ET PASSIO

utcumq; tibi eū necessario adeundū esse prædicās, ma-  
le igitur tibi cōsciūs es. Sunt plures cōiecturæ, sed ali-  
is, quo te diligentius obseruēt, insinuandæ et detegendæ.

Haftenus satis ostendimus, te quidem cōiucia-  
torem uirulentissimum, & calumniatore uanissimum:  
doctrinam uero tuam erroneam, hæreticam, blasphemā,  
& ecclesiæ Christi perniciosam. Neque consilia  
tua pacifica, sed insidiosa & seditiosa esse.

**QVARE IN NO** plena fiducia, & bo-  
**MINE CHRISTI** na conscientia, Do-  
ctrinam tuam damnamus, Te ut obstinatum ac per-  
tinacem uitandum iudicamus, & q; posthac nihil am-  
plius priuati tecum negocij habere uolumus, clare de-  
nunciamus, donec resipiscas. Vale.

Data Nurembergæ XXI. die Nouembris.

Anno à natiuitate domini M. D. XXXIX.

wentzelslaus Linck/

Andreas Osiander/

Vitus Theodorus/

Thomas Venatorius.

manu propria subscripserūt.





MONARCHIA  
ATQVE  
MONACHISMVS  
FIDEI,

quo Osiandriſmus Norinbergen. & Anti-  
chriſtianismus in Lutheriſmo reuelatur, &  
gladio ſpiritus extinguitur atq; iugulatur,  
quo deniq; epiſtolæ Oſiandri ſuorumq; col-  
legarum reſpondetur. Et Vnitrini uerbi ma-  
ieſtas & unitas, atq; nomen Chriſti contra

ANTICHRISTVM

defenditur atque illustratur,  
per eundem Autorem

Ex Colonia

Agripp. mense Iunio,

Anno

1540.



SRVD:BERTVS A MOSHAM

Doctor, Decanus Patauicē. serenifs. Ro. Regis  
FERD. Consiliarius, Andreæ Osiandro eiusq̃  
collegis, cum uniuersa ecclesia & repub. Norin-  
bergen. pœnitentiam agere & Antichristum in  
Lutherismo confiteri, per nomen Iesu Christi,



**I**N nomine patris & filij & spiri-  
tussancti, In nomine Verbi, fidei &  
charitatis Iesu Christi, Gratiam vo-  
bis & pacem, in primis tamen cogi-  
tationē dei, diuinæ trinitatis & Vi-  
trini uerbi, omnibus qui Norinber-  
ga estis, ex toto corde & pectore  
Christiano exopto. Inuat enim in ex-  
orcismo & adiuratione Antichri-  
sti cōuertendi, uerboq̃ dei iugulādi,  
& in annunciatione testamenti noui  
& euangelij noui, quod tamen nouū  
non est, sed sicuti erat ab initio, nouū  
& insolita uti salutatione & exor-  
dio: Quandoquidem uetera transie-  
runt, & ecce noua facta sunt omnia.



Tenebrae praetercunt, & uera lux nunc lucet, ut non uidentes uideant, & qui uident, caeci fiant, atq; rursus lucem e tenebris splendescere uideant. Et iuxta Esaiam, aperientur nunc oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Et tunc saliet sicut ceruus, claudus, & apta erit lingua mutorum. His paucis ecclesiastas cum tota Norinbergen. repu. salutare uolui. Nunc deum Opt. Max. cum regio Propheta precor & oro:

Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Atq; iuxta Esaiam, Spiritu labiorum meorum, interficiam impiu Antichristum in Lutherismo, orbi Christiano haecenus incognitum, manifestaturus & iugulaturus, atq; Christum in Hierusalem noua, spiritualiter in uerbo unitatis fidei renatu & illustratum ostensurus & demonstraturus.

Quod haecenus epistole & libello tuo tuorumq; collegarum Oslander, quem mihi in aulam Moguntina ante menses fere quinq; transmiseras, cuius tu quidem solus & unicus (ueluti antesignanus & precipuus Lutherismi & Antichristianismi in repu. Norinbergen. ecclesiastes) autor uideri cupis, tardius, q̄ sperabam, pari lingua & idiomate respondeo: in causa est, q̄ statim reddita epistola tua in discessu meo ex aula Principis Electoris & Cardinalis Mogun



## OSIANDRISMVS ET LVTHERA,

tini, Germanico idiomate respondi. Et quàm peruer-  
 se & impie tu tuiq; collegæ scriptis meis, quinq; ueluti  
 xenioli loco uobis Norinbergæ relictis, respöderitis,  
 planissime significau. Idq; meum responsum, certo &  
 certis meis & proprijs impensis conducto nuncio, una  
 cum literis ad senatum Norinbergen. transmisi. Qui  
 sane pro sua grauitate & fide, quãuis literis meis nec  
 ipse responderit, schedam tamen testimonialem, red-  
 ditarum mearum literarum, nuncio dedit. Semper in-  
 terim ego desiderans & expectans fore aliquãdo spe-  
 rabam, ut iusta ratione ad potissima & summa funda-  
 menta, ad quæ ne ullo quidem uerbo respondiſtis, alie-  
 quando pleno & libero scripto responderetis, & pre-  
 staretis tãrdẽ, quod tanto studio & fide polliciti era-  
 tis. Nunc uero cum in quintum usq; mensem silentium  
 trahitis, & impia & crudeli taciturnitate negotium  
 grauissimi ponderis & insigne, cum multorum hominũ  
 & animarum periculo cõiunctum, differtis, & longo  
 & diuturno silentio extinguere conamini. Ea de cau-  
 sa operæ precium existimaui, hoc impium uestrum silen-  
 tium rumpere, uosq; grauissimi dicti principis aposto-  
 lorum Petri admonere, quod I. Petri. iij. te statur in-  
 quiens: Sitis autem parati semper ad respondendum,  
 cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe,



## NORVM ANTICHRISTIANISMVS.

cum mansuetudine & reuerentia, conscientiam habentes bonam, ut in hoc quod uobis detrahunt, tanquam scelerosis, pudefiant hi qui incessant uestram bonam in Christo conuersationem.

Vt autem ecclesia Christiana tota, & uniuersa Norinbergen. respub. ueluti actionis nostrae & gestarum rerum testes, controuersiam huius tam pie conflictationis & disputationis nostrae, recte & perfecte intelligant: ea propter causam altius repetam, & ita totam actionem instituem & proponam, ut Christianus lector, non solum hoc fidei & pietatis negocium plane intelligere, sed etiam maximam et incredibilem utilitatem capere, & mysterium Monarchiae & Palingensiae fidei, librorumque meorum summam, paucis intelligere possit.

Primum omnium in animo est, sic Christo bene uauante, publicae tranquillitatis & concordiae causa Microsynodum Norinbergen. superioribus mensibus coram in senatu Norinbergae coeptam cum unico Microcosmo Osandro, tanquam <sup>margavlexis</sup>, cum paruo & particulari Antichristo, illiusque ministro & praecone, hoc pacto celebrare & concludere, ut in unico singularique illo corpore & capite, cum suis membris & collegio praecorum uerbi in repub. Norinber



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

gen. tanquam ex paruo & particulari exemplo & ty-  
po quodam, omnium Lutheranorum sectæ, plane intel-  
ligi possit, quo pacto Lutherismus totus, in summo ar-  
ticulo iustificationis (à quo tota & inextricabilis illa  
religionis fideiq; cõtentio nostro seculo dependet) cor-  
rigi & emendari: aut si Lutherani ueritati & uer-  
bo dei (ad quod hactenus prouocârunt) assentiri no-  
lint, publico omnium iudicio condẽnari possit et debeat.

Præterea, ut illius dogmatis assertores & de-  
fensores intelligant, non solum in Romana ecclesia et  
Papismo, sed etiam in Lutherismo, meretricem illam  
magnam, regiam & purpuratam, ebriam de sanguine  
sanctorum & martyrum IESV, maledicentia sue  
poculum aureum, plenum abominationum libidinis sue  
nobis propinasse, & uinum prostitutionis sue, ita in  
corda nostra effudisse, ut in utraq; ecclesia, tam Ro-  
mana quàm Lutherana, fornicatione carnali & spiri-  
tualiter inebriati, primogenitum illius Antichristum se-  
dentem & regentem in templo dei & communi eccle-  
sia nostra cæci & increduli adoremus & colamus,  
Christum Iesum dei filium in uerbo suo spiritualiter,  
ut olim Iudæi carnaliter flagellantes, coronantes &  
crucifigentes, totiusq; passionis ludibrium & blasphemiam  
in uerbum dei per agentes. Aduenit enim pleni



## NORVM ANTICHRISTIANISMVS.

Indo temporis & dies magnus Iezrael, dies domini exercituum, quo scient gentes, quoniã in iniquitate sua capta est domus Israel. Et quod plus dereliquerit impia, quã omnes gentes & terrã quã circa eam sunt, ut tandem dominus reducat captiuitatem Iacob, & misereatur omnis domus Israel, & non abscondat ultra faciem suam à nobis. Vt perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitiois filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi. Vt nõ amplius simus pueri qui fluctuemus, & circumferamur quouis uento doctrinæ per uersutiam hominum, p astutiam qua nos adoriuntur, ut imponant nobis. Sed ueritatem sectantes, in eharitate adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe **CHRISTVS**, ut grauiter loquitur & uaticinatur aliquando futurum cum prophetis Apostolus ad Ephe. iij. Quemadmodum enim olim Christus cum resurrexisset à mortuis, discipulis præ gaudio non credentibus & mirantibus, mentem & sensum aperuit, ut intelligerent scripturas, & dixit: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quod necesse foret impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & pphe-tis & psalmis de me. Et subiunxit: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere à mor-



OSIANDRISMVS ET LVThERANO,  
tuis tertia die, & predicari in nomine eius poeniten-  
tiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, ini-  
tio facto ab Hierosolymis. Sic ego secundū delegati-  
onem æterni uerbi, fidei & charitatis Iesu Christi de-  
nuncio incredulo mundo, & dico: Sic scriptum est, &  
sic oportebat, ut olim Christum, sic nunc Antichri-  
stum, antitypum, hostem & aduersarium Christi in  
mundo & ecclesia nasci, augeri, consummari, & per  
eundē Antichristum, CHRISTVM in uer-  
bo suo flagellari, crucifigi & mortificari. Vt tan-  
dem rursus Christus in uerbo suo spiritualiter rena-  
scatur, resurgat, & nomen illius secundario glori-  
ficetur & illustretur iuxta clarissimam & illustrem pro-  
missionem Christo in terris agenti cælitus denuncia-  
tam, Iohan. xij. & Isa. XI. ut tandem iuxta prophe-  
tiam & scripturarum testimonia, Antichristus gla-  
dio spiritus & aduentu atq; claritate uerbi dei abole-  
atur & interficiatur, & in nomine omnipotentis  
uerbi, fidei & charitatis, in unitate & trinitate fidei,  
poenitentiæ & remissio peccatorum prædicetur, non so-  
lum inter Christianos, sed etiam inter Iudæos, Tur-  
cas, Sarracenos, & inter omnes gentes terræ.

Quo autem mysterium illius cælestis doni, &  
summa Monarchiæ et Palingenesiæ fidei librorumq;



## RVM ANTICHRISTIANISMVS:

meorum epitome, recte & pie intelligatur et illustretur, & aduersariorum & ministrorum Antichristi impietas et peruersitas, qua diuinam illam reuelatam & manifestatam gratiam obscurare & suppressere conantur, orbi Christiano patefiat & innotescat: Eapropter omnium primum, quam ob causam Patavia discesserim, & me Norinbergam potissimum contulerim, quidq; illic egerim, & agere uoluerim, q̄ paucissimis demonstrabo. Deinde epistolæ & libello Ostiandri eiusq; collegarum, quo monarchiæ et palinogenesiæ fidei, et librorum meorum diuinum donum, satanico astu & uero spiritu Antichristi, obscurare, subuertere & iugulare conantur, ordine respondebo. Tertio, euangelica & pia mea dogmata, quibus dubio procul uera Christiana pax & concordia celeriter & breui manu componi & stabiliri potest, latius explicans et confirmans, pandam atq; aperiam. Quid uero me ad scribendum libros Monarchiæ & palinogenesiæ fidei induxerit, & quæ illius inuentionis origo fuerit, quibusq; ex causis Patavia discesserim, alio loco copiosius pio lectori explicui.

Composito itaq; & exarato opere, ut iam typis excudi posse uideretur, cum multis alijs pietatis et religionis de causis, graui inuidia, cum apud episcopum

f



OSIANDRISMVS ET LV THERANO-  
tum apud capitulum Patavien. laborarem, adeo ut me  
non solum fructibus & annuis redditibus Canonica-  
tus & Decanatus & uoce capitulari priuarent, sed  
etiam à functione & officio publice prædicandi uer-  
bi, non cognita & plane indicta causa, impie & cru-  
deliter suspenderint: & sic non solum libris meis insi-  
dias, sed & mihi, aut turpissimam doctrinæ meæ pa-  
linodiam & reuocationem, aut certa supplicia & car-  
cerem strui animaduertissem, grauissimisq; minis ab  
episcopo instigatus & permotus: erupi tandem uno  
die, præter omnium mortalium expectationem ex Pa-  
tauia, mea sacerdotia omnia, simulatq; elegantissimã  
& plane regiam domum et habitationem relinquens,  
uolens potius illorum omnium iacturam facere, quam  
libros meos cum doctrina pietatis, non sine discrimine  
fama & corporis periclitari.

Rectã itaq; concessi Norinbergam, tanq; in ci-  
uitatẽ præclaram & insignem, cuius singularem pru-  
dentia, uirtutẽ & iudicium ab ineunte ætate miratus  
fui & colui. Deinde q; uidebam illam rempub. magno  
sacræ Cæsareæ & Regiæ Maiestatis fauore niti,  
ob singularem quandam moderationem & constantia  
in rebus fidei & religionis, quæ alioqui in Germania  
& uariæ & perturbatissimæ sunt, præstitam & ob-



RVM ANTICHRISTIANISMVS:

seruatam, fore sperans, ut ciuitas illa singulari prouidentia prædita, & alioqui oculatissima, oculos mentis ad ueritatis uerbum tam clare & insigniter illucescentis aperiret, & nouæ lucis & fidei radios exortos, præ cæteris ciuitatibus & statibus Ro. imperij uideret & cognosceret.

Eapropter Norinbergæ statim senatū adeo, causas & articulos discessus mei ex Patauia sexaginta unū, nō solū uerbo expono, sed scripto offero et typis publicari cupio. Deinde inter alia potissimū efflagito, ut summa librorū et institutū meū de monarchia et palingenesia fidei, à doctis et pbatis uideatur & examinetur, quod qdē senatus p sua prudētia et hūanitate facile annuit. Delegat uiros septē graues, nempe duos præcipuos ecclesiastas, quorū unus erat Osiander, duos senatores, duos doctores iurēcōsultos, & scribam à secretis. Ab his Septēuiris auditur causa et doctrina illa in curia senatoria diebus septē, tā horis ante meridianis q̄ pomeridianis, prout illa omnia quæ lecta & acta sunt, in memoriali Microsynodi Norinbergen. nunc typis euulgato uidere licet. Sed quæ legebantur, multo diuersissimo studio & affectu accepta fuerunt: quæ cōtra Pontificios et in Papismū scripta legebantur, audita sunt auribus uehemēter patulis et benignis:

f ij



OSIANDRISMVS ET LVThERANO,

quæ contra Lutherismum, adeo auribus surdis & inuitis, ut ultra diem septimum audire nequicquam uoluerint. Nemo tamen erat impatientior & importunior Osiandro. Hic tantis angustijs & peruersi dogmatis Lutherani mala conscientia, & firmitate ac rectitudine doctrinæ meæ tactus angebatur, ut dum formula nouæ ædificandæ Hierusalem, in qua gradus duodecim discendæ, augendæ, & experiundæ fidei traduntur, legebatur, admirabilem sudorem, ueluti Anglico correptus morbo ac malo, sudabat. Hic testes ego inuoco & appello, eius collegas & delegatos illos huius negocij auditores. Is sudor, hæc angustia, & crudelis carnifex conscientia Osiandri in causa fuit, & senatoribus alioqui in Lutherismum propensis, facile persuasit, ut mihi & ministerium prædicandi uerbi & alimenta, uictus, & publicatio librorum meorum, & alia quedam æquissimæ petitiones, quas grauissimis libellis supplicatorijs quatuor à senatu petebam, negarentur. Et cum horum nihil à repub. Norinbergen. senatu, quæ maxime sperauerã, impetrare potuissent, tandem constitui petere, & petij à senatu, ut saltem mandaret ecclesiastis suis & ministris uerbi quatuor illis præcipuis, ut cum discere & doctrinam meam audire nollent, meliora saltē docerent, & ab erroribus,



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

quorum me accusabant, reuocarent, praesertim cum non carnalis uictus, alimentorum & cibi causa, qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam, quem filius hominis dat nobis, Patauia discesserim & Norinbergam uenerim, sed potius, ut insignem illam rempu, ab erroribus reuocarem: & aut meliora docerem, aut ab illa illorumque eruditis & prophetis, meliora discerem, atque meum euangelium cum his, qui erant in precio, ut olim Paulus Hierosolymis cum Iacobo, Petro & Iohanne contulit, priuatim conferrem. Quam quidem petitionem meam tam aequam, tam piam, ut sine pudore negari non poterat, concessit senatus, fierique iussit, quod cupiebam. Constitutus est itaque huic actioni & consuetudini locus, condicta hora. Conuenitur ad tempus praestitutum. Obijciuntur mihi a senioribus ecclesiarum, nempe doctore Venceslao Linckio et Osiandro adeo inepta, impia & ridicula quaedam, ut a risu, quem Osiander in suo libello sardonico appellat, saepe temperare non potuerim. Nec interim mihi datur confutandi, & ad ea quae obijciebant, respondendi locus, nisi solenni senatusconsulto hoc decretum fuisset. Quamuis ne huic quidem per importunitatem Osiandri obtemperatum fuit. Nam hic audire me nequaquam uolebat, ueritus nimirum, ne rursus ab Anglico sudore corripereetur



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

& angustaretur. Tandem meis et suorum collegarū, qui multo ciuiliores erant, precibus uictus, audiebat aliquātisper me differentē Osiander, sed statim acrimonia ueritatis perturbatus & stimulatus, rursus rumpebat disputationem, adeo insolenter & importune, ut & collegæ illius de sedanda hominis insolentia & impatientia desperarent. Quid multis? Conuentum est inter nos, ut scripto exhiberem opinionem & sententiam doctrinæ meæ, & illi uicissim scripto responderēt, et mea, si possent, confutarēt melioraq; docerēt.

Huius ego solennis Norinbergen. fœderis & pacti memor, cum à ciuitate illa discederem, meq; ad Electores Principes Rheni conferrem, quinq; scripta & libello ecclesiasticis illis exhibere constitui & curauī, quorū primus erat, Compendium et summa quedam actorum & lectorum in curia senatoria, coram Septemuiris illis delegatis, cui scripto postea titulum feci, Memoriale Microsynodi Norinbergen. quod ueluti memoriæ causa à me conscriptū & Norinbergen. senatui relictum erat, in quo inter alia præcipuum quiddam adnotatum est, nempe, q̄ assero quatuor capitales & principales ANTICHRISTOS in repub. Christiana uigere, quorum duos publicaueram, nempe alterum in Papismo, alterum uero in LW.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

therismo regere & sedere.

Alterum uero scriptum erat, Sententia breuis de summo articulo iustificatiōis, ad quatuor ecclesiasticas Norinbergen. ueluti ad quatuor pseudoeuangelistas, in quo paucis ostendo Lutheranos docere, non fidem monarcham & unitrinam, diuinæ trinitati et deitati correspondentem, sed fidem monacham & solitariam. Et adeo quidem solam & nudam, ut à dextra careat uerbo, & à sinistra charitate, misera & deflenda solitudine & monachismo saucia et mutila, nullaque soliditate firmata & stabilita, sed fides ficta & simulata, speciem quidem pietatis habens, ueritatem autem eius abnegans, mysterium diuinæ trinitatis ignorans & impie uiolans.

Tertium & Quartum scriptum eiusdem generis sunt, nisi quod diuersis temporibus exarata & composita fuerunt. Sunt autem Axiomata & antitheses seu contrapositiones quædam, contra conclusiones doctoris Martini Lutheri, quas de doctrina legis in ecclesia ad poenitentiam necessaria, contra AN-TINOMOS quosdam conscripsit, & consensu totius Vniuersitatis Vitenbergen. ubi publice magno & serio studio & zelo disputatæ sunt, edidit.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Que sane axiomata in hoc solum exhibui, ut Osiander & ecclesiastæ Norinbergen, planissime uiderent & intelligerent, q̄ dogma Lutheranum illiusq̄ assertores & defensores inficiari non possent, q̄ docent fidē sine uerbo fidei & sine lege fidei. Et sic priuant fidē à dextra uerbo & lege fidei, & à sinistra charitate & plenitudine legis, uero uinculo perfectionis, cū charitas sit uinculum perfectionis, teste Paulo ad Col. iij.

Nam cum Martinus Lut. in conclusionibus de doctrina legis contra Antinomos, nullā prorsus constituat differentiam inter legem fidei & legem operum, sed indifferenter & indiscriminatim asserat & dicat: Summa, quantum cælum à terra distat, tantum debet lex à iustificatione separari. Et lex non est utilis, nec necessaria, neq̄ ad iustificationem, neq̄ ad uila bona opera, multo minus ad salutem: Quid aliud agit, queso, quàm q̄ expresse & disertis uerbis, legem fidei à fide & iustificatione separat? Nam perinde est, ac si diceret: Quantum cælum à terra distat, tantum debet fides à iustificatione separari. Nam lex fidei, non solum est ipsa fides, sed norma, ratio & lex, quæ præcipit, uult & mandat, quo pacto, qua ratione, qua uia, fides sit discenda, augenda, confirmāda, ut initium substantiæ usque ad finem firmum teneamus, ut



RVM ANTICHRISTIANISMVS:

Vnitrino uerbo fidei, quod in se complectitur non minus promissiones quam comminationes dei, credamus, & charitatem exerceamus, hoc est, ut per legem fidei, per uerbum, fidem & charitatem, per Vnitrinam illam fidem iustificemur. Hanc igitur legem fidei, legem spiritus uitæ, legem dei, legem Christi, ut Apostolus appellat, à iustificatione separare, est effectum fidei, imò ipsissimam fidem & Christum, qui est uerbum fidei, à iustificatione separare: & sic separant Lutherani uerbum dei, uerbum fidei à fide. Cum uero dicunt & docent: Sola fides iustificat, Charitas non iustificat: Sola fides iustificat, Opera charitatis, opera legis fidei non iustificat: quis non uidet, & tum separant charitatem à fide, imò separant effectum legis Christi & fidei à fide, ipsumq; uerbum fidei impie mortificant, trinitatisq; mysterium uiolant? Ad hoc itaque nefas & sacrilegium Lutheranorum demonstrandum & demudandum, exhibita sunt axiomata nostra. Sed de his inferius copiosius.

Quintum scriptum, cui titulus est, Responsum Theodidacticum ad sophisma Oslandri, quo stulte & inepte rogabat, An deus pater esset incarnatus, ad ridendum illius ineptias magis, quam ad probandum aliquid, datum & exhibitum est.



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Hæc sunt breuiter capita scriptorum et libellorū,  
 quos Osiandro eiusq; collegis, cū breui adiuncta epi-  
 stola Norinbergæ reliqui, quibus p̄ libellū mihi in au-  
 lam Moguntinā, quæ tum in A. Schaffenburgō erat  
 transmissum, respondit Osiander. Nam is libellū il-  
 lum seu epistolā non solū finxit & cōmentatus est, sed  
 etiā suapte manu perscripsit, ut notū omnibus faceret,  
 sese tantæ impietatis & cæcitat̄ esse autorē, & An-  
 tichristi Lutherani strenuū ministrum. Quapropter  
 cum illo mihi potissimū, non solū suo, sed etiā suorum  
 collegarū & totius reip. Norinbergen. nomine cau-  
 sa hæc pagetur, præsertim cū in Osiandro nō solū im-  
 pietas doctrinæ & dogmat̄is, sed etiā cognomē, quod  
 sibi ingenti supbiæ spiritu cōfinxit, ad magnam illius  
 Antichristi imaginē & similitudinē pxime accedat  
 & cōueniat. Vt enim in ecclesia Romana caput illud  
 magnū totius corporis antichristianici in suplatiuo et  
 ὑπεροδικῶς romane et latine sese appelliat, Sanctissimū:  
 sic Osiander non romane sed græce per <sup>ὑπεροκ</sup>  
 positiuo ὑπεροδικῶς Osiandrum ὁσιον ἀνδρα, sanctum uirū  
 se nominare ausus est, semper μικροτύχησιον, par-  
 uum quedā Antichristū in pectore & spiritu alens et  
 colens, ut nunc merito non Osiander, sanctus uir, sed  
**CACOSANDER**, malus uir, uerus Anti



christi & mali illius minister appellari debeat, do-  
 nec per Vnitrum uerbum, per fidem Monarcham,  
 per Palingenesiam fidei nostram, per diuinum illud  
 λόγον τῆς οὐρα, quod in se Verbum, Fidem & Charitatē  
 complectitur, cōuertatur & uiuat, & fiat ex Cacos-  
 andro uerus OSIANDER, ut superba illa si-  
 mulatio, fucus & hypocrisis sui cognominis, uertatur  
 in uerbum fidei & ueritatis, ut talis aliquando re ipsa  
 fiat Osiander, qualis appellari et haberi uoluit, hoc est,  
 ex Antichristo, Christus. i. unctus, uerus christianus  
 uir sanctus et innocēs. Nam duorū alterū euenire ne-  
 cesse est, nempe ut Osiander, aut cū Petro ter negāte  
 resipiscat, cōuertatur et uiuat, aut cū Iuda Ischariota  
 blasphemus desperet atq; pereat. Ego quantum in  
 me erit, nō solū summo studio et pietatis doctrina, sed  
 etiā precibus ad deū Opt. max. enitar, ut hunc hoīem,  
 alioq; bonarū literarū et linguarū peritū, à tā deflētā  
 impietate, cecitate et Antichristianismo liberē atq;  
 cōuertā, ut ipse aliquādo cōuersus, cōfirmet frēs et col-  
 legas suos, et quo Lutheranis oibus insigne exēplū, nō  
 solū in Osiandro, sed etiā in tota rep. Norinber. uelut  
 speculū quoddā ppolitū cōstituā, quo errores suos in-  
 terim, quoad mea reliq; opa monarchie et palingene-  
 się fidei i publicū pdeāt, cōtēplari et cōtueri possint.



OSIANDRISMVS ET LV THERANO

Sed nunc tempus est, ut rem ipsam aggrediamur, atq; epistolæ & libello Osiandri eiusq; collegarum ordine respondeamus. Primum omnium nihil me mouet, q; aiunt iactabundum me nouos & noxios errores in orbem spargere, & q; mihi non solum sacrarum literarum peritiã & bonarum artium scientiã, sed etiam communem sensum, adeo, ut uincam ne, an uincar ignorem, adimunt atq; detrahunt. Nouum enim & noxiũ illis est, quicquid illorum doctrinæ & dogmati aduersum est. Et nouum sane testamentum Christi, totum illis noxiũ, nouum, uenenum & mors est. Præterea non me fugit, ut pie uiuere uolentem, multas afflictiones, ita etiã uera & Christiana docentem, multa conuicia & contumelias ferre oportere. Eapropter tantum abest, ut sannis, lædorijs atq; criminationibus illorum, quas falso & impie in me confinxerūt et congesterunt ecclesiastæ illi Norinbergen. commouear, ut etiam uehementer gaudeam, q; dignus habitus sim ueritatis & Christi Iesu nomine, illa conuicia ferre, et tam grauiã audire à ministris Antichristi in Lutherismo, quorum maxime proprium est, uerbum ueritatis spiritualiter flagellare, crucifigere & iugulare, imò extinguere & sepelire uelle. Cuius rei profecto Norinbergen. illi præcones egregium nunc specimen ex-



hibuerunt, qui uerbum ueritatis & uerae fidei, noui testamenti nouum foedus, caelitus illis annunciatum & delatum, tam crudeliter & impie incessunt, obscurant & pernegant, ut aeterni uerbi spiritualiter flagellati & crucifixi, & si fieri possit, & quantum in illis est, occisi & iugulati, rei merito accusari possint & debeant. Nec est, q̄ me iactantiae ullo modo accusare possint: Absit enim à me gloriari, nisi in domino nostro Iesu Christo, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Scio enim neminem nisi in domino gloriari posse & debere. Et quicquid boni & noui reipub. Christianae afferro, caelestia esse dona assero, de quibus effusissime illustrandi nominis Christi causa gloriari licet. Sic diuinus apostolus Paulus sese summis apostolis, non solum aequare, sed etiam praeferre ausus est. Adde q̄ consensus scripturarum & ecclesia Christi, atq̄ uictoria totius causae, uera meane sit gloriatio, an illorum confutatio & negatio, & quanta penes illos potius sit sacrarum literarum imperitia, obstinata animi pertinacia, bonarum artium ignorantia, planissime tandem demonstrabit, & dogmata mea non esse neq̄ noua neq̄ noxia, sed uera, pia & euangelica edocebit. Et in quantum noua sunt, uel uidentur potius caelestia esse mysteria, testamenti noui, nouam lu



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO-  
cem & illustrationem nominis Christi, iam olim in  
scripturis multifariam promissam & denunciata, a  
mundo incredulo incognitam, qua deus vult reducere  
captiuitatem Iacob, & miscreri afflictæ & dissipata  
ecclesie sue, omnisq; domus Israel, si solummodo  
crediderint & poenitentiam egerint, ut coeant tandem  
in unionem, ut fiant unum & in unum, iuxta scripturas  
propheticas & petitionem Iesu Christi, Iohan. xvij.  
Vt exaltetur & eleuetur dominus solus, & incurue-  
tur omnis sublimitas hominum, & humilietur altitudo  
uirorum, & ut idola penitus conterantur. Quod sane  
fieri nõ poterit, nisi p mysteriũ  $\text{Ὁ μὴ ἀπόστολος ἔφη}$ ,  
hoc est, unitatis et trinitatis arcanũ, temporibus æter-  
nis tacitam, manifestatum uero tempore Christi uerbi  
incarnati, & per Antichristi aduentum obscuratum,  
& quantum in eo fuit, iugulatum & sepultum: nunc  
rursus in occasu mundi, p monarchiam & palingene-  
siam fidei spiritualiter regeneratum & illustratum.

Sed nunc ad causam propius accedamus, & mo-  
narchiam Verbi, Fidei & Charitatis contra Luthero-  
ranorum Antichristum, illiusq; ministros, potentia  
& claritate Verbi defendamus, & idolum illud spi-  
rituale, gladio spiritus conficiamus.

Tria facit libelli sui capita Osiander, inquit:



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Sunt autem tria, quæ potissimum in te reprehēdimus.

Primum, amara, uirulenta, & uenenata tua cōuicia, quibus in mores Lutheranorum inueberis.

Alterum, uanissima, impudentissima, & manifestissima mēdacia, quibus doctrinam eorum calumniaris, ac deformare niteris.

Tertium, noua, impia, & perniciosa dogmata, quæ in ecclesia Christi spargere, ijsq; concordiam & tranquillitatem nostram perturbare moliris.

Hæc summa epistolæ ecclesiarum Norinbergen. est, quam statim initio ad uerbum adscribere placuit, ut habeat lector, certum horum capitum scopum, quo animum intendat, ut omnia rectius & perfectius dijudicare possit.

Deinde subdit Osiander, & in me inuebitur, inquiens: Principio negare non potes, libros tuos, tot, tantis, tam amaris, uirulentis & uenenatis, in Lutherum & Lutheranos omnes, conuicijs, probris, criminationibus & maledictis scatere & redundare, ut ante te nemo, neq; Lutherum, neq; quenquam omnino mortalium pari conuiciandi & maledicendi petulantia sit prosequutus. Principio negare non potes, ais.

Quid ego negarem Osiander? De quo etiam glorior & uehementer gaudeo, quod ad hanc tubam



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
uerbi dei, & ad hæc fulgura ueritatis euangelicæ in-  
clarescentis, quam paucis prælectam audiuiſti, ita in-  
horrueris & commotus ſis, ut mihi hanc laudem & glo-  
riam adſcribere coactus fueris, & credas, neminem  
ante me neq; in Lutherum, neq; in quenq; omnino mor-  
talẽ grauius & maiori dicẽdi uis et potẽtia inuectum,  
ut ea non ſolum omnium expectationem, ſed etiam ſe-  
dem ſuperet. Quòd autem illam increpandi & docen-  
di uerbi uehementiam, conuicia, criminationes & ma-  
ledicta appellas, mihiq; uitio uertis, longe tu quidẽ er-  
ras: non enim ſunt conuicia: ſed uitiorum reprehẽſio-  
nes: non criminatiões, ſed grauiſſimorum criminum in  
Lutheriſmo redargutiones: non maledicta, ſed maledi-  
ctorum et blaſphemiæ in uerbum dei neceſſaria  
increpatiões. Quarum tantum abeſt ut me poeniteat,  
ut etiam magnopere doleam, q̃ in illis exaggerandi  
tam ſegñs ac ſomnolentus aliquando fuerim. Debe-  
bam hæc omnia docendo, hortando, arguendo, cum lu-  
ge maiori imperio & potẽtia, iuxta præceptũ Apo-  
ſtoli propoſuiſſe & demonſtraſſe. Et cum propheta,  
apoſtoli, Chriſtus denique ipſe & tota ſcriptura, in-  
credulitatis & inobediẽtiæ uitia erga uerbum dei, et  
in primis in paſtoribus grauiſſime coarguat, & rebel-  
les atq; inobediẽtes uerbo dei, genimina uiperarum,



## RVM ANTICHRISTIANISMVS?

falsos pphetas, falsos doctores, fures, latrones, lupos rapaces, homicidas, filios diaboli, Antichristos: filiam Sion & Israel, sæpe meretricem nominat & appellat. Nemo pius debet huiuscemodi atrocibus reprehensionum stimulis offendi, sed ijs ad poenitentiam & meliora permoueri, modo huiusmodi acres admonitiones & increpationes, ex uerbo ueritatis proueniant.

Præterea cum Martinus Luth. eiusq; sequaces inaudita & ementita conuiciandi libidine, non e uerbo ueritatis, sed mendacij, pro defensione & tuitione falsi & impij dogmatis, tota plausura conuiciorum, passim & promiscue in summos & infimos detonent, ingerant atq; deblaterent, & doctrinam illam tot modis sacrilegam orbi Christiano ferè toti magis criminatationibus & conuicijs, quam scripturarum argumentis persuasent: & ita persuasent, ut ferè etiam hostes defatigatos et uictos conuicijs, in suam sententiam adgerint atque compulerint: quis igitur tandem non par esse existimabit, q; mendaciorum nebulis & inaudita mentien di arte, simulatq; maledicendi rabie, in pectora mortalium seminatum & insitum est, potentia & uehementia ueritatis & uerbi, rursus eximi & sanari debere? Num æquum est, uerbum dei & Christi Iesu in explicanda ueritate et arguenda impietate esse in



O SIANDRISMVS ET LVTHERANO

potentius, q̄ uerbum diaboli & Antichristi in stru-  
endis mendacijs & falsis & impijs dogmatibus? Vul-  
gatus & tritus p̄ssim medicorum aphorismus iacta-  
tur, Contraria contrarijs curari. Sed quid quæso dis-  
cernit inter grauisimas & seuerissimas illas prophe-  
tarum, apostolorum, Christi denique increpationes,  
& hostis & aduersarij eius, atque præconum illius  
scurriles & sycophanticas criminationes & conuicia?  
Nimirum ueritas uerbi, quæ sup̄ omnia uincit, & stat  
inmota & inconcussa in æternum.

Cum itaq; in scriptis & libris meis luce merida-  
na clarius probem atq; demonstrarem, & iam in præ-  
sens probaturus & demonstraturus sim, doctrinam  
meam esse ueram, piam, euangelicam, atq; reip. Chri-  
stianæ utilem & necessariam: contra uero, Marti-  
ni Lut. & suorum sectatorum falsam, impiam, Anti-  
christianicam: & quanto in speciem & in fucō ac fi-  
gura lucis ueritati similiorem, tãto perniciosiorem &  
pestilentiore: id ubi probaui & euicero, nõnne  
omnia conuicia, omnes contumeliæ, blasphemæ & men-  
daciõrum infamia, quam mihi affingere conantur ad-  
uersarij, in ipsos hostes ecclesiastas Norinbergen. in  
ipsum denique <sup>uaxõs</sup> Osiandrum redundabit, & opti-  
mus quisq; mea grauisima in mores & doctrinã Lu-



theranorum dicta, non conuicia & criminationes sed  
 pias & Christianas euangelicæ ueritatis admoniti-  
 ones & redargutiones iudicabit. Contra, aduersario-  
 rum in me contumelias & iniurias sycophanticas &  
 confictas criminationes, & plus quàm scurrilia, ter-  
 uana & eumentita conuicia & probra.

Eapropter christianum lectorem rogo atque ob-  
 testor, ut paulisper iudicium suspendat, donec statum  
 & scopum totius causæ, & testimonia scripturarum  
 atq; argumentationes utriusq; partis, perfecte intel-  
 lexerit & prudenter perpenderit. Res omnis adeo  
 clare & dilucide deducetur & probabitur, ut senten-  
 tiam ferre & pronunciare facile fuerit.

Falsum & uanum præterea est, quòd magna im-  
 pudentia fingere ausus est Osiander, quòd fidem fe-  
 fellerim, & libros meos contra fidem præstitam dili-  
 gentius inspiciendos non exhibuerim. Nam testis est  
 senatus Norimbergen. totus, quòd libros illos me-  
 os non solum inspicere, perlustrari, & examinari,  
 sed etiam in lucem dare & publicare uolui. Et ut id  
 fieret, magno studio à senatu contendere & efflagi-  
 tavi. Sed quo minus id mihi permetteretur, in causa  
 fuerunt impij illi ecclesiastæ, & in primis Osiander,



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO,

qui ueritate & claritate uerbi & doctrinæ confusus  
 & uictus, cum illa palàm coram Septemuiris illis de-  
 legatis, ad meam petitionē ultro legeretur, audire cæ-  
 teris presentibus (quos ueritatis testes ferre non po-  
 terat) detrectabat, & actionem illam & lectionē pu-  
 blicam interrumpere cupiebat, uolebatq; quod senatus  
 uiris septem audiendum commiserat, solus legere &  
 audire, uel deprauare potius. Quod sane ego optimo  
 iure, ne publica auscultatio impediretur, remiebam.  
 Offerebam tamen libros meos deinde ad manus pri-  
 uatas illius traditurum me: ea tamen lege, ut ipse mihi  
 uicissim trium concionum (quas tribus proximis die-  
 bus dominicis publice ab eo audieram) scriptū exem-  
 plar ad manus meas traderet. Pollicebar me illis ipsis  
 concionibus impietatem & Antichristianismum in  
 doctrina illius, non minus, quam in Papisimo, & in in-  
 dulgentijs pontificijs ostensurū. Id uero negabat Osi-  
 ander, & causabatur sese scriptas illas conciones non  
 habere. Ego contra urgebam, ut in scripta referret.  
 Et cum ne id quidē impetrare potuissem, non fui post-  
 ea, ne ullo quidem uerbo ab eo de libris meis ei exhiben-  
 dis appellatus. Adeo, ut hoc impudens & effrons ho-  
 minis mendacium (ut etiam in Germanico scripto ex  
 aula Moguntina ad senatum Norinbergen, trāsmis-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

so, testatus sum) satis de mirari non possem, praesertim cum seipsum etiam suo mendacio arguat & conuincat. Affirmat sibi copiam libros diligentius inspiciendi defuisse, & interim omnia tam diligenter & ad amussim arguit & reprehendit, quae non solum legit, sed ne audire quidem relictis & temperatis auribus uoluit, imò praesudore illo Anglico & angustia cordis ne potuit quidem: & tamen nec lecta, nec recte audita, iudicat & condemnat, ac si centies legisset, et de his amplissimum dijudicandi spatium habuisset. Recte dixit Psalmista: Mentita est iniquitas sibi. Sic hoc loco mendacium in autorem suum redundat, & artificem male mentientem, mendacij reum agit.

Quae nec legit nec iustis & sedatis auribus audiuit, reprehendit, iudicat, & de his multa disceptat & respondet: et interim de grauissimis et potissimis fundamentis & argumentationibus, in quinque illis scriptis Norinbergæ relictis, quae legere & audire, quoties uoluit potuit, mutus est. Nam ad fortissimas scripturarum inductiones & testimonia, ne uerbum quidem ullum respondit, quemadmodum suo loco palam faciemus, & in Germanico responso, cuius nunc meminimus, planum fecimus. Eiusdem impudentiae est, quae graui me inuidia onerat, cum ait me pios et bonos omnes,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
qui erroribus & opinionibus hominum reiectis, sese  
totos auctoritati sacrarum literarum tradiderunt, sine  
ullo discrimine **LVTHERANOS** ap-  
pellitare; cum ego nullos sane Lutherismi accusem &  
insimulem, nisi qui ex professo illius sectæ sese *Auto-  
res & Defensores* profiteantur.

Nec hic mihi quisquam iure irasci poterit, nisi  
simul se illius impij & perniciosi dogmatis asserto-  
rem & reum fateatur: ut si doctrinam Lutheri quis  
agnoscat, nomen preceptoris & Lutheranorum ne  
depreceatur.

Eius generis etiam est, nec minoris calumnie &  
impudētiæ, quod me inconstantia arguit, quod alicubi  
Martinum Lut. laudārim, quod laudabili zelo veritatem  
hactenus quæsierit. Et si quid ab eo erratū sit,  
ignorantia magis quam malitia peccauerit. Alicubi  
uero adeo grauiter reprehenderim, ut propemodum  
satanae parem affirmārim. Hic ego respondeo,  
Martinum Lut. multa scripsisse, quæ omni laude  
digna sunt, & quæ optimo cuiq; probari debeant. Quo-  
bus coniecturam christifidelium charitati, quæ suspi-  
cax non est, facit, ut in quibus errat, non obstinata ma-  
litiā, sed ignorantia potius peccasse & errasse uide-  
atur. Quædam uero scripsit Martinus, maxime uero



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ea, quæ ad summū articulum iustificationis, in quo cardo rerū pietatis & salutis nostræ uertitur, spectant, tam impie, & cōtra cōsensum totius scripturæ & ecclesiæ, et adeo supbo & elato spiritu ac dura ceruice, ut nec toties & tot scriptis à doctissimis & integerrimis uiris, atque adeo ab ecclesiâ Romana admonitus resipiscat. Quis hîc omnia confundentē, iudicantē, & condemnantē non iudicaret? non solum satanæ prope modum parem, sed etiam ipsum criminatōrē & satanam, imò Antichristum & summū & præcipuum illius spiritalis Antichristi, qui Christum in uerbo suo spūaliter flagellat, crucifigit, & occidit, caput quoddam, ueluti spūalem quendā Romanum Max. Pont. q̄ sub specie lucis, tenebras: & sub nomine Christi, dogmata Antichristi, inaudito & diabolico astu in orbem Christianum inuexit. Hæc non solum dico & assero, sed etiam clarissimis scripturis & argumentis probaturus sum. Et nunc illius rei documentum in Ostandro, Marthini Lut. creatura & discipulo ostensurus, ut quod uerum est in discipulo, dubium futurum olim non sit in præceptore & magistro.

Nec mirum uideri debet, si alicubi Martinum ob bene & recte dicta laudo, & commendatione ad



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
meliorem mentem & pœnitentiam prouoco: & non  
qualis sit. sed qualis esse debeat, & qualem aliquando  
futurum sperem, ostendam: cum Christus saluator no-  
ster, omnis ueritatis fons & origo, suum dilectum Pe-  
trum, qui totius ecclesiæ typum gerit, uno & eodem  
capite apud Matthæum, ad confessionē ueritatis sum-  
mis laudibus extollit, & fundamentum totius eccle-  
siæ tanquam in firmissima petra constituit: & rursus  
post modicum interuallum, cum Petrus Christum ab  
opere ueritatis & salutis nostræ, à cruce & morte fe-  
renda debortaretur, audit à Christo: *Abi post me  
satana, scandalum es mihi, non sapis quæ dei sunt, sed  
quæ sunt hominum.* Sic ego Martinum Lut. ad confes-  
sionē ueritatis & ueræ doctrinæ laudo semperq; lau-  
daturus sum. Ad negationem uero mysterij diuina-  
unitatis & trinitatis, uerbi, fidei, & charitatis, semp  
reprehendo, & quoad uiuam reprehensus sum, nisi  
errores suos confiteatur, conuertatur, & uiuat. Quod  
quidem certe tandem aliquando futurum spero, & ut  
quidem sane ardentissimis precibus à deo Opt. Max.  
contendo.

Nec uerū est, q̄ criminatur, me ad illius pugnan-  
tiæ & contradictionis iam inductæ (ut ipsis uideba-  
tur) obiectionē obmutuisse: cum continuo eadem ferē



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

responderim, quæ nunc respondeo: & adeo ad illam calumniam mutus non extiterim, ut non solum ad respondendum, sed etiam ad illorum ineptias ridendum instructus fuerim.

Nec ad rem facit, q̄ Olander nihil ueritus, sese Noe & Mosi conferre, impio suo dogmati per scandalosissimam & licentiosissimam uitam & conuersationem Lutheranorum patrocinator: asserens, q̄ deus remedium uerbi sui tum maxime adhibere soleat, cum mores hominum sunt corruptissimi: quasi uero impij & corrupti illorum mores & flagitiosissima uita, doctrinam illam confirmet atq; constabificent, ac non potius totam sacrilegam & blasphemam arguant atque conuincant. Nam cum sermo dei iuxta Apostolum uiuus sit & efficax, penetrantior quouis gladio utrinque incidente, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagumq; medullarum, & Lutherani gloriantur sese idem uerbum, idem euangelium, eandem fidem cum apostolis & prima illa ecclesia habere & prædicare: quid causæ est, quod eorum sermo & doctrina tam mortua & tam inefficax, tam hebes & obtusa est, si idem uerbum, idem euangelium & eandem fidem Apostolicam, ut ipsi uanissime gloriantur, prædicant & docent? Quid ita non eosdē & con



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

similes fructus euangelicæ pietatis in animis hominum efficiunt, si eadem medicina est, idem effectus operationis consequatur necesse est: si Christi discipuli & apostoli, si arbores bonæ sunt, nimirum & fructus bonos, copiosos, & multos afferent.

Nunc cū cōstet, q̄ doctrina & uerbū, quod prædicant & docēt, totum sit impiū, scandalosum, blasphemum & mendax: talis omnino est uita, qualis est doctrina: & talis populus, qualis sacerdos: tales oues, quales pastores. Quid hic mihi Osiander Noan & Moysen, qui quod euincere conatur, non probant, nec quicq̄ ad institutum faciūt, allegat? Cur non Esaiam & Hieremiam aliosq̄ prophetas, qui toties flagitiosam populi uitam & impietates, p̄uersæ doctrinæ & conuersationi pastorum ascribunt, adducit & citat? Cur solum Noan & Moysen uerbi præcones facit? Possum ego hic in ecclesiastas Norimbergen. optimi iure dicere, quod olim Christus dixit pharisæis & iudæis: Progenies uiperarum, quomodo potestis bonari qui, cum sitis mali? Et quod Ecclesiasticus asserit. Ab immundo quis mundabitur? & à mendace quid uerum dicetur? Præsertim cum tota illorum epistola tot mendacijs, tot blasphemijs & impietatibus redundet, ut si argumenta alia non essent, satis suo



ORVM ANTICHRISTIANISMVS.

se scripto totius Antichristianismi reos conuincant atque conficiant. Quid uero in mores meos & uitam confingere non ausi sunt improbi? Accusant me superstitionis, idololatriæ, periurij, pseudoprophetiæ et seditionis. Et id quidem non explicata re & historia, ut atrociora crimina esse credantur, quam dicantur, suspitione grauius lædentes, quam accusatione. Hæc illorum pietas est & gratitudo erga meliora docere, & ab erroribus reuocare uolentem. Quod mihi uitio uertunt, laudandum et imitandum erat. Quod superstitionem, idololatriam & periurium appellant, summa religio & pietas erat. Quod falsum uaticinium & seditionem nominât, euangelica comminatio & admonitio erat. Siccine licet ludere, calumniari & sophisticari in re omnium grauisima & summa salutis nostræ causa? Primû, quid deliqui quæso, quum anticipiti & pia deliberatione anxius mysterium sacrorum auspicator tentarer, & dubitabundus uoluerem, in **ECCLESIA** ne Romana permanerem, an ad Lutheranam sectam confugerem? Vocationem meam, in qua iam annis multis perstiteram, & ministerium prædicandi uerbi, ad quod anhelabam, desererem, & relictis sacerdotijs, præsens seculum amplecterer, uidebam ex omni parte



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

multa impietatis pericula et incōmoda, in utraq; eccle-  
sia Antichristum sedentē & regentē in templo dei:

In Pontificia scilicet, Superbia, Fastu, Quæstu,  
Idololatria, & Carnali atq; impudenti fornicatione,  
contra VERBUM DEI repleta omnia.

In Lutherano scbismate, non minora corruptissi-  
morum hominū vitia, Idololatriam, Hypōcrisim, Su-  
perbiam spiritus, & Fornicationem contra DEI  
VERBUM spiritualem & subtilem, pncipio-  
siorē etiā, q̄ in ecclesia Romana.

Hic quid faceres? quō fugerēs? Nullum hic erat  
medium nec remedium, nisi q̄ tum in mentem uenire, sta-  
tum ecclesiasticum cum sacerdotijs omnibus derelin-  
quere. Sed hic retrahēbar uocatione mea, & ardore  
atq; ministerio prædicandi uerbi, ad quod me multis  
annis armaueram, ut diuino auxilio iam ad hoc munus  
instructus mihi uiderer, adeo, ut id iam derelinquere,  
impium uideretur. In hac tam perplexa, difficili, &  
anxia summæ salutis meæ, longa ac matura delibera-  
tione, placuit tandem eam rem totam diuinæ uoluntati  
& iudicio cōmittere, & per sortes diuinum consilium  
& mentem scrutari: præsertim cum scirem sortes  
precibus & obsecratione multa expetitas, non solum  
diuini iudicij indices, sed etiā alicubi à deo fieri præ-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ceptas, quemadmodum in Leuitico illius rei exempla leguntur duo, & in Numerorum libro de uirgis tribuum Israel. Iam uero & Moyses & Iosue, missis sortibus, in conspectu domini, diuiserunt terras & hæreditates tribubus Israel. Apostoli Christi, præmissis precibus, per sortem elegerunt Matthiam in locum proditoris Iudæ. Salomon in prouerbijis inquit: Sortes mittuntur in sinum, & à deo temperantur. Nonne Saul primus Israelis rex, sic diuina uoluntate disponente, per sortes electus fuit, cum tamen multo antea à deo fuisset designatus, & à propheta Samuele in regem unctus? His atq; huiuscemodi scripturarum testimonijs & exemplis firmatus & suffultus, recto corde & magno zelo dei in hac conscientie meae conflictatione ausus fui (solenni prius castitatis uoto, si in sacris manerem, concepto & nuncupato) in præsentia duorum meorum familiarium, qui hætenus uiuunt & superstites sunt, præmissis sacris & religiosi precationibus genuflexo peractis, mittere sortes, & per schedas scriptas sortiri, An status & ordo ecclesiasticus, cum sacerdotijs meis, mihi relinquendus tum fuerit potius an retinendus, & more Romano à me sacrificandum, & iuxta gratiam datam & dandam, concionandum & uerbum dei prædicandum.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Euenit sortito, statum non mutandum, more Romano sacrificandum, & uerbum dei prædicandum. Nimirum sic diuina & sapientissima dei uoluntate disponente, ut p̄ mysterium uerbi, uires & ingenium, tanquam bonus miles Christi in ecclesia Romana exercerem: quo tandē ad abusus Pontificios & Romanos arguendos essem cautior & instructior, & sic tandē ab ea ecclesia aufugerem, ut non minus Romanam q̄ Lutheranam impugnarem & arguerem, & scelera & Antichristianicas abominationes utrique ecclesie annunciarem, ueramq̄ doctrinam Christi, diuina gratia sic largiente, utrisq̄ demonstrarē, meaq̄ omnia pietatis & uerbi dei causa, quod quidem statim initio facere destināram, alio tempore & maiori euangelij lucro à Romana ecclesia in Lutheranam, & rursus à Lutherana in Romanam, nempe ad Electores principes profugus relinquerem, & id sane peragerem, quod nunc sedulo, quantū licet, perago et præsto. Hæc est illa impia superstitio, hæc est manifesta illa idololatria, hoc est oraculū illud blasphemū & sacrilegum, quod iactauī, cuius tā inuidiose & superstitiose me reū agit Osiander, ac si uera omnia essent, quæ asserit. Si superstitio & idololatria est, fidei pietatis & rectæ consciētiae causa, una hora sua omnia re-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Inquire, uitæ statum non sine magno incommodo mutare, & hæc omnia in uoluntatem dei per sortem explicanda tradere? Quæ erit, quæso, apud Osiandrum religiõis, pietatis, et bonæ consciëntiæ ratio et modus, si hæc tam pia et tam heroica facta in me reprehēdit, superstitiosa et impia appellat? Quæ reliqua recti iudicij ueritatis et iustæ reprehensionis in hoc homine et in hac causa spes erit? Quid multis? ficta, falsa, impia & calumnijs plena sunt in hoc ecclesiastarum scripto omnia.

Ut ergo nunc uides christiane lector, me à crimine superstitionis & idololatriæ esse alienissimum, et accusationem Osiandri falsissimam & calumniosissimam: Ita apertissime uidebis me periurij notæ & infamiæ, cuius insimulor & accusor, minime obnoxium.

Coram serenissimo ac inuictissimo Romanorum rege Ferdinando, magno pietatis studio & colloquij familiarioris parandi causa, ante annos plus minus quatuor, quater olim concionatus sum publice, ut priuatim & secreto Maiestas sua Regia audire non detrectaret, quæ publice tum dicere non licebat, nec fortassis expediebat.

Audiuit itaque REX me secreto & priuatim ter, ut pia dicentem, ita fideliter monentem.



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO,

Sed cum in postremo colloquio Pragæ, ante annos fe-  
rè tres, horrenda quædam & atrocia, in abusus eccle-  
siæ Romanæ dicerem, & quot modis in sanctuarium  
dei, in terris & ditione suæ Regiæ Maiestatis pec-  
cicaretur, grauius ac seuerè exponerem, atque de scri-  
pto regi in faciem legerem, REX magnitudine rei  
& religione erga ecclesiam Romanâ tactus, simulq;  
existimâs, me hæresi Lutherana infectum, causæ huius  
& concionis finem audire nolebat, non sine indigna-  
tione me ex Regio suo cubiculo abigens: adiungēs ta-  
men, sese nemini quicquã de his dicturum. Cui ego sta-  
tim & uicissim (ut indignationem & iram Regiam,  
quæ mihi tum in aula uersanti multis modis periculosa  
erat, minuerem & auerterem) respondi his uerbis,  
nec pluribus, inquiens: Nec ego quidem serenss. Rex.

Hæc erat tota in re sacra religionis fideiq; gra-  
uissima causa, Regij iuramenti admonitio & stipula-  
tio. Huius rei nemo melior & Regius quidem testis,  
q̄ ipse REX, magna & singulari dei clementia,  
multorum nimirũ mortalium saluti hæcenus uiuus &  
superstes. Hoc erat exquisitissimum illud (ut Osiander  
sane odiosissime & falsissime nominat) sponte fa-  
ctum, & Regi præstitum de taciturnitate iuramen-  
tum. Nam in hac actione tota, hic nullũ tam audis ne-



RVM ANTICHRISTIANISMVS:

q̄ a Rege exactum, neq; a me præstitum iuramentū.

Hic mihi considerabit prudens & cordatus lector, q̄ calumniator ille calumniatorū omniū iniquissimus, omnia ad calumniā trahat atq; deprauet, impudentissimis mendacijs, ueluti nebulis quibusdā ueritatē ubiq; obscurans, & quæ summis laudibus in cælum ferenda erant, criminans atq; uituperans.

Primum, nōne magnæ pietatis erat & prudentissimi & fidissimi consiliarij officium, Regis animū ab impietate & grauiſſimo errore (quīs cum alijs regibus ecclesiæ Romanæ hactenus adhærentibus cōmuni) cum multorū hominū periculo coniuncto liberare? iuxta illud Prouer. xxv. *Aufer impietatē a uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.*

Deinde christiane mentis erat, nec minoris prudentia, iuxta Christi præceptum quod ait: *Si peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum &c.* Regem Christianū & Romanorū tribus amplissimis regnis præſidentē, & triplici diademate insignitū, multorū Christiſidelium fratrē, in ecclesia per ignorantiam & cōmunē incredulitatē peccantē, atq; ad multorum uitiorum licentiā & improbitatē, in religionis et fidei causa, conniuentē secretò admonere, & quā in



OSIANDRISMVS ET LV THERANO,

utroque statu sint corruptissima omnia, quàm passim crudeliter uioletur christiana atq; euangelica pietas, q̄ grauis ira diuina ob has tantas impietates & abominaciones capitibus omnium nostrum immineat: qua ratione & modo hæc tanta & horrenda mala à repu. cõmuni auerti, et diuina bonitas reconciliari possit, unde fons et origo omnium malorũ et calamitatum in Christianismo promãnet atque dependeat. Hæc atq; huiuscemodi grauissima, in quibus summa rerum uertitur, priuatim summo pietatis studio et amore cõmunis patriæ, Regi in faciem dicere, & de scripto legere, Regijsq; oculis, ueluti in tabella picta exhibere & demonstrare: nõne pium & Christianum, nulla omnino calumnia, sed summa laude, commendatione, promotione, auxilio & consilio dignum erat, imò uehementer necessarium erat, ut REX à tanto errore & impietate liberatus, firmaret thronum iustitiæ regnorum suorum, & grauissimã & certissimã iram dei à capitibus omnium nostrum, suo suorumq; charissimorum liberorum q̄ citissime auerteret?

Cum uero hic REX me tanq̄ Prælatum, Doctorem, Verbi dei ministrum, Ecclesiasten, Consiliarium, hæreditarium subditum suum, deniq; lege euangelica in Christo fratrem, cui singulare mysterium



RVM ANTICHRISTIANISMVS:

uerbi orbi Christiano publicandum commissum erat, de his grauisimis rebus concionantem & fideliter pieq; monentem, audire dedignatur & detrectat: num hic debeo Osiandro mandanti, an Christo praecipienti, obtemperare? Osiander iubet ut taceam, Christus ut clamem, instem, & urgeam, inquit: Si hi tacebunt, lapides clamabunt. Si peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum uel trium testium consistat omne uerbum: quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Hic ego, cum uiderem Regem non solum in me, tanq; membrum ecclesiae Christi, sed in totam ecclesiam & patriam communem, communi errore peccantem & errantem, periculosissimis Turcarum infestationibus & bellis de regnis suis omnibus periclitantem, magna principum Germaniae, & praesertim Lutheranorum, ob diuersam & eandem quidem falsam & impiam religionem inuidia laborare, & omnia ad ruinam in sacro Ro. imperio & Germania spectare, num hic tacerem? Num proditor ueritatis euangelicae & communis patriae stilerem? Hic itaq; ut silentium & tacendum non erat, ita nec tacui nec silui. Sed statim cum REX me uehementer urgentem & instantem ulterius audire nolisset,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
continuo adij Reuerendiss. in Christo patrē ac domi-  
num Dominū Iohannē Moranum episcopum Muti-  
nensem, nunciū Apostolicū, tum in aula regia agen-  
tem, uehementer orans, ut omni pietatis conatu effice-  
re uelit, ut ꝑprimū a Pont. Max. aduocarer: asserēs  
me habere certa & indubia diuinæ mentis & uerbi  
dei consilia, quibus in fidei & religionis grauisima  
causa & contentione, pax & concordia celeriter &  
pacifice fieri & componi possit.

Cum uero & Pont. Max. & Cardinales meam  
tam piam oblationē atque petitionē negligunt & con-  
temnunt, nōne hic in rerum omniū maxima perturba-  
tione, & in summo totius reipū. Christianæ periculo,  
fidelis & prudentis ministri dei illiusq; uerbi erat, cir-  
cūspicere de prudenti & illustri quadā repu. & Ro.  
Imperij ciuitate, cui (ueluti ecclesiæ Christi cū Pont.  
Max. sponsus totius ecclesiæ hæc audire noluerit)  
hæc tanta atque diuina uerbi dei mysteria & secreta,  
quibus religiōis contentio sedari possit, aperirem ac  
que manifestarem? Hic Norinbergen, respu. potissi-  
mū in mentē subijt, quæ mihi his arcanis orbi Christia-  
no publicandis, in primis digna & idonea uidebatur.  
Venio itaq; Norinbergam, peto à senatu in maxima  
causa maxime secretā audientiā, Senatus pro sua pru-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

dētia & pietate facile annuit petitioni tam piā. Delegat uiros septem non uulgares, sed eruditione, fide & taciturnitate insignes, duos ecclesiastas, (ueluti taciturnos quosdā fidei & religionis confessores & arcanonorum ministros) duos senatores, duos iureconsultos senatui iuratos, & à secretis scribā quendā. His causa hæc audienda delegata est: Hoc singulari addito mandato, ut secreta secreto audirentur, & secreto retinerentur. Coram his itaq; tanq; coram deo constitutus, totius consilij mei rationē expono, nempe quid ante acto tempore cum serenissimo Ro. Rege Ferdinando, cum nuncio Apostolico, Pont. Max. nomine, illiusq; adeundi causa egerim, quæ arcana in manibus meis habeam, quid à repub. sapientissima fieri cupiam declarans, uehementerq; orans & obtestans, ut senatus hos tam pios conatus meos pro cōmuni totius reip. tranquillitate adiuuare & promouere uelit. Quid hic quæso delinquo, q; concionē regiam tam piā & Christianā, Regi in faciem lectam, summo pietatis studio repeto, & secretissimis & singulari mandato tacere iussis septem delegatis secretissimū Septemuratum, senatus Norinbergen. referentibus, non multorū auribus, ut Osiander uanisime asserit, expono atq; cōmunico, præsertim cum hic nullū iuramentū de tacitur



OSIANDRISMVS ET LVThERANO,  
nitate à me neq; Rex exegerit, neq; ego Regi præsti-  
terim. Sed fingamus interim singulare & exquisitissi-  
mū hic præstitum esse iuramentū, ut falsissime factum  
esse fingit & mentitur Olander, num erit contra ue-  
ritatē uerbi Christi & euangelij sui, contra cōmunē  
tranquillitatē totius reipū. christianæ, contra cōmunē  
patriā, contra cōmodū & utilitatē ipsiusmet Regis  
suorumq; charissimorū liberorū, obligatorii iuramen-  
tum? Ius sacrū & canonicū, duos præclaros canones  
& firmas quasdam regulas passim omnibus notas ha-  
bet, quæ asserunt & dicunt: In malis pmissis fidē non  
expedit obseruari: Non est obligatorii contra bonos  
mores præstitū iuramentū. Si in malis pmissis et con-  
tra bonos mores obligatorii non est iuramentum, quo  
pacto contra deum & illius uerbū, contra ueritatē et  
uirtutē, cōtra reipū. contra patriā cōmunē, contra re-  
gem illiusq; liberos, omniumq; eorū, qui Regi subsunt,  
utilitatem & cōmodum, obligatorium esse possit aut  
debeat iuramentum?

Si itaq; singulare & exquisitū quoddā in hac spe-  
cie facti, præstitū iuramentū obligatorium non est,  
multo minus iuramentū, quod cōmuniter à consiliarijs  
fidelitatis & taciturnitatis causa præstatum Regi,  
obligatorium erit. Tantum itaq; abest, ut in hoc facto



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

periuurij accusari possim, ut periuurus potius accusandus eram, si tacuisssem. Nam & in dei & euangelij uerbum in quod iurauerā, & quo potissimū Regi adstrictus eram: deinde in utilitatē & commodum Regis, cuius maxime intererat, ueritatē uerbi & euangelij agnoscere, religionisq; & fidei causam compositam esse, grauissime peccassem atque deliquisssem, si tacuisssem. Adeo falsa & iniqua est criminatio & calunnia Oslandri, ut cum me periuurij accuset, ipse sese periuurū & perfidum esse prodat. Nam cum ad hanc religionis causam audiendā, tanq; ecclesiastes & arcanorum minister, confessoris loco, singulari & speciali mandato tacere iussus, calūniandi & mendacij, non ueritatis euangelicæ publicandæ, sed illius obscurandæ & supprimendæ causa hoc secreti effutiat & in literas referat, planissime periuurus, & silētij et taciturnitatis uiolatæ reus est, a senatu Norinbergen, grauiter & seuerè puniendus & plectendus, præsertim cū his atq; huiuscemodi cauillis & mendacijs tantas tenebras senatui & reipub. Norinbergen. offuderit, ut clarissimā uerbi & euangelij lucē, in ciuitatē illā cælitus delatā, summa et perpetua ignominia totius alioqui præclarissimæ urbis reiecerint, & nec uidere nec intueri potuerint & uoluerint.



OSIANDRISMVS ET LV THERANO

Et quemadmodū uerbū ueritatis me hactenus à falsa & ficta periurij criminatione absoluit, & accusatorem futilitatis & periurij uitio, cuius me reū agere conatur, inuoluit atque condemnat. Ita etiam dubio procul me à uitio pseudoprophetiæ & seditionis, cuius me iniquissime insimulat, liberabit.

Hic scias oportet christiane lector, q̄ discedens Pataua, reliqui episcopo & capitulo apologiam & querelam discessus mei, articulos & causas plus sexaginta, inter quos alicubi deterrendi causa à grauissimis flagitijs & abominationibus, contra uerbum dei, quibus cōmunis clerus impudenter Patauiæ inuolutus uiuit, uel uiuēs moritur potius: inter serui pias quasdam cōminationes, quibus ad meliorē uitam adhortor. Fore aliquando asserens, nisi resipuerint, & ad normā uerbi dei sese reformārint & accommodārint, q̄ ciues & promiscuum uulgus, tanta & tam pudenda flagitia, contra manifestā prohibitionem diuinā ferre non possit. Deum ultorē populū aliquando instigaturum, ut clerū cum deo, deiq; uerbo pugnantem & contra stimulū calcitrantē, in ordinē redigat, affligat, castiget & urbe propellat. Adiungens, subditos & cōmunē plebem contra claram & apertā scripturam & mandatū dei magis trati ecclesiastico non obligari.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

juramenta præstita, & per uerbum sacrosancti euangeliij iurari solita & iurata, contra uerbum & euangeliū non ualere, nec ullo modo pro tyrannica obedientia allegari posse, deo deiq; uerbo obediendū magis esse, q̄ hominibus. Quod (nisi propere à clero statutur, uitæq; improbitas in melius cōmutetur) populū diuina ira & p̄missione, tantorū flagitiorū aliquando uindicē futurum. Hoc sedulo in toto illo scripto & querela illa apologetica agēs, ut Princeps & Administrator episcopatus Patauien. cum capitulo, totoq; clero, ad ueram & Christianam poenitentia conuerterentur, ut deo deiq; uerbo obedirent, Christum confiterentur, & Antichristū exuerent & abnegarent.

Ob has tam pias & necessarias admonitiones et cōminationes, sum Osiandro pseudopropheta, sum seditiosus. Si pseudopropheta est, qui comminationibus ad poenitentia prouocat, multi sanctissimi prophetae, pseudoprophetae accusandi erūt. Nonne Ionas pseudopropheta erit, qui iuxta uerbū domini Niniuen subuertendam prædixerat, quæ tamen singulari clementia & misericordia dei contra uerbum & prophetia Ionæ seruata est? Cum clerus Patauien. uel hodie, diuina ira sic iubente & permittente, à ciuibus extirpari possit. Nec certus est Osiander, uerū ne an fal-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
sum hactenus uaticinatus fuerim, cum nesciat quid ser-  
rus uesper uehat, aut quo genere supplicij flagitiosissi-  
mus clerus Patauien. puniendus ueniat. Quam itaque  
falsissime me insinulat Osiander pseudopropheticæ, tã  
improbissime accusat seditionis. Si ego hoc pacto et  
more Osiandrino Lutheranos ludere et cauillari uel-  
lem, facili argumentatione oēs Lutheranos non solum  
seditiosos, sed etiã periuros euincerẽ. Nolo enim nũc  
impietatis meminisse. Nam cũ prætextu falsi, scanda-  
losi, et perniciosi dogmatis, sese non solũ ab obedi-  
entiã uniuersalis Romanæ ecclesiæ, sed etiã ab iuristi-  
candi et iuramentorũ religioẽ, qua sacratissimo Ro-  
Cæsari obligantur, absoluerunt, et in libertatẽ mul-  
tis modis illicitam prouocârũt: quid hic inferri possit,  
ex argumẽtatione et sophistica Osiandrina, malo, col-  
ligant Lutherani, q̃ ex mea illatione et conclusionẽ.  
Oportet quidẽ deo, deiq; uerbo magis obedire, q̃ ho-  
minibus: sed uerbo ueritatĩs, non mendacij: Christi,  
non Antichristi. Sed de his iam satis.

#### SECUNDVM CAPVT

Osiandrismi & Lutheranorum Antichristianismi



**N**unc cum Osiandro ad secundū caput principale huius disputationis nostræ accedamus, in quo facile prudens & pius lector colligere potest, quod tam falsæ sunt argumentatiōes & calumniæ Osiandri in uerbum dei quod prædico, quàm inique & improbe conficta sunt conuicia & criminationes in uitam meam atque mores, ut talis merito iudicari debeat accusator ille, tot modis peruersus in arguendo uerbo & doctrina, qualis esse conuincitur in reprehendendis moribus meis atq; uita.

Cum uero in hac secunda conflictationis nostræ parte multa fiat mētio mendacij, & ecclesiastæ Norimbergen. asserant sese uanissima & impudentissima manifestissimaq; mendacia mea contra doctrinam Lutheranorum tantum recensere uelle: ego uero contra astruam mea omnia uera, pia, Christiana & Evangelica: & illorum uana, falsa, ficta, & impia omnia.

Ut itaque certum iudicium haberi possit, & optimus quisq; facile decernere ualeat, uter mendax sit, egōne an Osiander, ideo placet generaliter quædam de uerbo ueritatis & mendacij, illiusq; notione & significatione præfari, ut inter ueritatem uerbi & mendacium, clarum discrimen haberi & animaduerti possit.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Nam uerba propterea instituta sunt, non ut per ea se mutuo homines fallant, sed ut per ea quisque cogitationes suas in alterius notitiam proferat, & cordis sui penetralia aperiat. Sermo enim speculum pectoris est. Cum ergo uerba ueritatis causa instituta sint, his ad fallaciã & mendacium decipiendi & ueritatis obscurandæ studio abuti, nefariũ & ingres flagitiũ est: præsertim cũ deus uerbũ sit λόγος ille sempiternus, q̄ erat in principio apud deum, p̄ quẽ omnia facta sunt, fiunt, & subsistunt. Nempe Christus filius dei uiuentis, uerbum est ab æterno increatum, in tempore incarnatum, uiuus & immortalis testis ueritatis diuine. Abuti igitur uerbo ueritatis ad mendacium & fallaciam, est utolare Christum filium & testem dei uiuentis, & agere Antichristum ἀντιχριστός quendam, hostem uerbi dei, seruire non Christo, sed Antichristo: non deo, sed diabolo. Qui sane, Christo æterno uerbo teste, mendaciorum omniũ autor est, qui simul erat homicida ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Et cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & eius rei pater, Iohan. viij. Hinc etiam sapientissimus Salomon Prover. xij. inquit: Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulētus. Et Sap. I.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Sermo obscurus in uanū nō ibit: os autē quod mētitur,  
occidit animam. Quia iugulat & interimit ἡ λόγος θεοῦ  
æterni dei uerbum ueritatis, quod est Christus: Et fit  
ἁντιλογος ἁντιχριστος hostis uerbi & ueritatis dei, inimi-  
cus & aduersarius Christi. Quo quid possit esse atro-  
cius, impium & sacrilegum magis?

Quam infame & foedum mendacij uitium sit, te-  
stantur etiam ethnici autores, multis in locis copiosissi-  
me, quæ breuitatis causa huc adducere prætermitto:  
imo testimonio Aristotelis contentus, qui in libris  
elenchorum inquit: Duo opera esse sapientis, quorum  
unum est nō mentiri, de quibus nouit: alterū uero, men-  
tientē manifestare posse. Quod postremum, utinam  
deus Opt. Max. mihi in præsens largiatur, sit in uirtu-  
te æterni uerbi Christi sui, ἁντιλογος & Antichristū  
suum, uerum Cacosandrum, non iam Osiandrum, foe-  
dissime ac impudētissime cōtra uerbum ueritatis men-  
tientem, toti orbi Christiano manifestare possē, ut  
Christus ostendat in suo ἁντιλόγω, in suo ἁντιχριστῷ,  
in suo particulari Antichristo & hoste Osiandro,  
ut olim in Pharaone potentiam suam, & ut annuncie-  
tur nomen Christi in tota Norimberga, imō in tota  
terra, in toto uniuerso orbe terrarum. Quo autē hoc  
cōmodius & dilucidius fieri possit, quāuis durius &



OSIANDRISMVS ET LV THERANO

minutius fortassis cuiquam uidebitur, quidnam sit mendacium referemus. Augustinus asserit mendacium esse falsam uocis significationē, cum intentione fallendi. Nec pigebit lucis & claritatis causa, et ut pateat, Osiandrum etiā cum uerum dicit, esse mendacē, illud scholasticum adnotasse: Quod mentiri est concretū, & mendacium est abstractum. Ideo dicens uerum contra opinionem suam, mentitur, quāuis quod dicat, non sit mendacium, iuxta sententiā diui Thomae.

Hac necessaria preparatiōe praemissa, et uideo et Antichristum illum Lutheranū Osiandrinū omni genere mendaciorū refertū, gladio spiritus & uerbo ueritatis uigilandum & conficiendum propius accedamus, & quā contra claram uerbi ueritatem sciēs & prudens mentiatur hostis ille Christi & ueritatis uerbi, ostendamus, obmissis quibusdam uanissimis superius refutatis, de libris meis non exhibitis.

Primum, in hoc secundo capite asserit principē locum tenere, cuius nomine mendacij in faciem redargutus, crimē eluere nō poteram. Nempe quia scripseram me satis mirari non posse de temeraria, pudenda & impia doctrina Lutheranorum, qui dicerent & docerent, Reliquias peccatorum non debere expurgari.



ri, aut nos ab illis emundari. Hic impudentiam accu-  
 satoris & calumniatoris rursus atq; iterum satis de-  
 mirari nō possum, q; asserit me in faciem mendacij re-  
 dargutum, cum ipse potius præsensibus Septemuiris  
 illis, ad doctrinam meam audiendam delegatis, in fa-  
 ciem reliquiarum illarum reus in Lutherismo redar-  
 gutus & conuictus fuerit. Nam cum miram & impu-  
 dentem tragœdiam, quam longum esset hic recensere,  
 ob hoc dictum & scriptum in reliquias illas peccato-  
 rum, grauib; illis septem delegatis præsensibus ex-  
 citasset, forte fortuna habebam ad manum inductio-  
 nem Martini Lut. in epistolam ad Romanos, & ex-  
 rorem, à quo Lutheranos tantopere absolueret conaba-  
 tur, de scripto Lutheri in faciem tum ostendi & pro-  
 bavi, de quo me tantopere redarguere uolebat Osiander.  
 Præterea sequenti die librū Osiandri, tum recens  
 in lucē datum, & contra Iohannē Eckium, insignem il-  
 lum Romanæ & Babylonice meretricis patronum  
 & defensorem conscriptum, in senatoriam curiam in-  
 tuli, uolens in præsensia Septemuirorum, non solum ex  
 libris Martini Lutheri, sed etiam ex ipsiusmet Osi-  
 andri, quod assereram, probare. Et cum cœpisssem le-  
 gere, ad quod respondere nullo pacto poterat: tum  
 Osiander audire, quæ diluere nō poterat, detrectabat,



OSIANDRISMVS ET LV<sup>T</sup>HERANO

et scripto, non coram uerbis, sese decertare uelle asse-  
rebat: plane in faciem, non sine pudore collegarum re-  
dargutus et pudefactus, ut mirum et pudendum sit,  
et mihi impingat quod illi acciderat, et prorsus actio-  
nem illam et factum, inuersum narret atque proponat.

Ut autem christianus lector hanc contentionem  
de reliquijs peccatorum, a qua non minima pars erro-  
rum in Lutherismo dependet, per quam denique ampli-  
sima fenestra ad omnia genera uitiorum et ad scanda-  
losissimam uitam, plus quam ethnicam, quae nunc passim in  
Christianismo cernitur, aperta est, planissime intelle-  
gere possit: ea propter paulo copiosius, non sine fru-  
ctu et utilitate lectoris, eam contentione proponemus.

Lutherani negare non possunt, nam libri eorum  
omnes passim et ubique hoc impio atque perniciosissi-  
mo errore referti sunt, quod asserunt et ueluti oraculo  
Apollinis admoniti, certo statuunt et decernunt: et  
quis credentes et renati, spiritumque dei habentes, non  
possunt tamen legi dei in hac uita et mortali corpore  
satisfacere. Hinc docent et dicunt, reliquias quasdam  
peccatorum in carne nostra manere, pro quibus Chri-  
stus satisfecerit, quas nos non possumus expurgare,  
aut pro illis ad plenum satisfacere.

Hic nullum modum et rationem statuunt, quae et



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

quantæ istæ reliquiæ peccatorum sunt, adeo ut cui-  
bet Lutheranorum sibi ipsi fingere liceat istas reli-  
quias peccatorum quantas maximas uelit. Tota plau-  
stra referta & plena abominationum & grauiissi-  
morum peccatorum, usurarum, blasphemiarum, impo-  
sturarum, adulteriorum, monopoliorum, & id gene-  
ris infinita flagitia, ut plane uideri licet passim in  
eorum moribus & uita. Et dicere interim libet, hæc  
sunt reliquiæ peccatorum meorum, pro quibus Chri-  
stus satisfecit, ego satisfacere non possum: satisfa-  
ciat Christus, mihi satisfacere non licet, quandoqui-  
dem legi dei, quæ perfectionem exigit, quæ plerophori-  
am & plenitudinem fidei præcipit, satisfacere non pos-  
sum. Stultum est conari, quod efficere non possis. Quid  
te à reliquijs peccatorum mundares, quas emundari non  
posse audis? Quid laterem lauares miser? Quid cor-  
num candidum reddere frustra tentares? Legem igitur  
et uoluntatem dei implere negligunt, quicumque à Lu-  
theranis ecclesiasticis audiunt legem in hac uita im-  
pleri non posse. Quid enim implere conarentur, quod  
præstari non posse intelligunt? Onus itaque implendæ  
legis, & reliquias expurgandas ad Christum relegant,  
dicentes: Legem suam impleat Christus, qui fi-  
nis est & plenitudo legis. Reliquias meas emundet so-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

la monacha fide, sine pœnitētia & cruce, qui emundat nos ab omni iniquitate. Interim in hac securitate oscitantes, in omnia vitia ruunt præcipites. Hanc pietatē efficiunt reliquie peccatorum in Lutherismo. Hæc sunt blandiloquentiæ & assentationes Lutheranorū, quibus corda simplicium, & seipsos, decipiunt, quibus non domino Iesu Christo, sed suo uentri & carni seruiunt, ut Apostolus Rom. ult. grauius testatur & admonet.

Hæc atq; huiuscemodi, cū multa grauius ac seuerè contra reliquias peccatorum & scandalosissimā & plane diabolicum hoc dogma in Lutherismo, corā Septemuiris delegatis in curia senatoria Norimbergæ, ex quarto libro de monarchia & palingenesia nostra legerentur, magnitudine rei & impietatis atrocitate commotus & perstrictus Osiander, ardentibus & sanguineo sudore madentibus oculis atque uultu furere & insanire inceptabat, tanquam uero furibundus & insaniens ea eluere possit, quæ nec sanæ quidem mētis & rationis bene compos unquam defendere potest: quāuis nunq̄ sanæ mentis est, qui ea tueri conatur. Interrumpebat igitur cum magna importunitate & inciuilitate lectionem institutā. Describebat de libro sententiam meam, qua reliquias peccatorum



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

oppugno, uolebat ineptus, ut subscriberem fidei & te  
sinonij causa, cum totum quartū librum à me conscri-  
ptum uideret, & me agnoscere audiret, & tamen sic  
insanire libebat. Testis erunt huius tragœdiæ dele-  
gati Norimbergen. septem, qui etiam tum hominis in-  
tempestiuam insaniam compescere conabantur.

Hoc errore etiam inducti Lutherani, asserunt  
quòd quicumq; per fidem & Christum iustificatur,  
peccatores sint simul & iusti. Iusti quidem propter  
monacham illorum fidem, peccatores autem propter  
imperfectam mortificationē carnis & reliquias illas  
peccatorum. Vbi plane **CHRISTVM** cum  
Belial coniungunt, filios dei & filios diaboli eosdem  
constituentes, non manifestantes nec discernentes in-  
ter filios dei & filios diaboli, ut Iohannes solet & do-  
cet I. Iohan. III. ubi ait: In hoc manifesti sunt filij dei  
& filij diaboli, ut filij dei iusti, perfecti & sancti sint,  
& seipsos emundent ab omni impuritate & iniquita-  
te: Quia omnis qui habet hanc spem in eo, purifi-  
cat seipsum, sicut ille purus est. Et omnis qui com-  
mittit peccatum, idem & iniquitatem committit, &  
peccatum est iniquitas. Et subdit Iohannes eo-  
dem loco, & ait: Et scitis quòd ille apparuit, ut  
peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est.



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Omnis qui in eo manet, non peccat: omnis qui peccat,  
 non uidet eum, nec cognouit eum. Et pergit adhortan-  
 do, planissime à Lutherana doctrina dehortans, ac si  
 nostro seculo uixisset et in eã ipsam sectam scripsisset,  
 inquit: Filioli, nemo uos seducat. ac si diceret: O filij  
 Germani, nemo uos seducat: qui facit iustitiam, iustus  
 est, sicuti ille iustus est. Qui committit peccatũ, ex diabo-  
 lo est, quia ab initio diabolus peccat. Omnis qui natus  
 est ex deo, peccatum non committit, quoniã semen ipsius  
 in eo manet, & non potest peccare, eo quod ex deo na-  
 tus est. In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli.  
 Omnis qui non facit iustitiam, non est ex deo, & qui nõ  
 diligit fratrem suum. In his sanctissimis dictis Iobannis,  
 nulla fit mentio de reliquijs peccatorum. Non ait nos  
 simul iustos esse & peccatores, Christum & Belial  
 cõsociãs, sed asserit q̄ oporteat nos aut esse filios dei,  
 aut filios diaboli. Hic nullum est medium: Oportet  
 enim habere aut spiritum Christi, aut Antichristi.  
 Nam si quis spiritũ Christi nõ habet, hic non est eius,  
 Ro. viij. Quod si quis habet, hic non est Antichristi,  
 sed Christi. Qui autem Christi est, perfectus, purus  
 & sanctus est, sicuti ille perfectus, purus & sanctus  
 est. Qui autem perfectus, purus & sanctus est, reli-  
 quias peccatorum non habet, nec habere potest, nec de



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

bet: Nam qui offendit in uno, reus factus est omnium,  
Iacob. ij. Quod si offendens in uno aliquo, reus factus  
est omnium, quot quæso modis reus erit, qui habet reli-  
quias peccatorum Lutheranorum? Ingentia plaustra,  
plena abominationum, sine ulla pœnitentia & cruce.  
Appellant sacrilegi reliquias peccatorum, quod fe-  
rè totum corpus peccati & spiritus Antichristi est.  
quia perfecte non credunt, neq; plerophoriam, certitu-  
dinem & firmamentum fidei apprehendere curant in  
finem & plenitudinem legis, quæ est charitas & dile-  
ctio, uinculum perfectionis peruenire semper negligē-  
tes, sic per blandientes & prurientes illas reliquias  
peccatorum obcæcati & impediti.

Nunc uidet Lutherani, q̄ recte alicubi de his im-  
pijs reliquijs peccatorum dixerim, q̄ sunt modicum il-  
lud fermenti, de quo Apostolus meminit, quod totam  
massam corrumpit. Nam ut fermentum totam massam  
fermentat & corrumpit, sic ista blasphemia reliquiae  
totam doctrinam & uitam Lutheranorum uitiarunt  
& corruerunt. Peccatur enim in hoc dogmate nefan-  
do, multis modis, grauiter, impie, & periculose.

Primum, falsum & sacrilegum est dicere, q̄ cre-  
dentes & fidem Christi atque spiritum dei habentes,  
non possint esse perfecti, puri & sancti, & q̄ legi dei



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

non possumus satisfacere. Nam cū principalissima & capitalis lex dei sit, ut uerbo credamus, ut fidem Christi habeamus: dicere itaq; & asserere, q; legi dei non possumus perfecte satisfacere, est dicere & asserere, q; non possumus credere, q; non possumus fidē certā habere. An non hoc est uerbum dei abnegare, & Christo contradicere, uerumq; Antichristum agere, fidē & uerbum Christi dubiū facere, & nullam fidē habere, & omnino non credere? Nam quemadmodū sine Christo nihil possumus, ut ipse testatur, inquit: Si ne me nihil potestis facere: sic cum Christi uirtute & spiritu, quæ est illius omnipotentissima fides, omnia possumus. Quia omnia possibilia sunt credenti, & nihil est impossibile fidē habēti. Apostolus ait: Omnia possum p̄ Christum, q; confortat me. Et q; non sumus sub lege Moysi, sed sub gratia Christi, cui data est omnis potestas in celo & in terra, q; per uirtutem uerbi nobiscum est usq; ad consummationē seculi, qui immortuus & omnipotens pugnat in nobis & pro nobis. Hinc etiā asserit Apostolus, q; peccatum nobis non sit dominaturū. Valeant itaq; impie reliquæ peccatorum in Lutherismo, quæ ueræ pietati & innocentie uitæ Christianorum tam cōtrariæ sunt, q̄ Antichristus Christo, spūs mendacij spiritui ueritatis & uer-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

bi dei, fides dubia & incerta fidei firmæ & certæ.  
Hæc portenta cū doceant Lutherani, tamen ausi sunt  
ecclesiastice negare, & doceant fidem sine uerbo, pla-  
nissime uerbū dei uertētes in mendaciū, & tot modis  
uiolantes ueritatem uerbi. An non hoc est docere fi-  
dem sine uerbo? Imò uere mortuā & nullam fidē doce-  
re est, & uerā fidē ex pectoribus mortalium eradica-  
re, aut dubiam saltē & hæsitantem reddere est.

Verbum dei, quod est Christus, ubique nos ad  
perfectionem, puritatem, sanctitatem uitæ hortatur.  
Illi contrā per doctrinam de reliquijs peccatorum &  
monacham illorum fidem, omnia in effectu puerunt,  
negant, deprauant & uiolant, quāuis uerbis inanibus  
& fucatis fingāt interim se idem quod Christus man-  
dat docere, cum nihil minus doceant, q̄ uerbum & fi-  
dem Christi. Verbum dei plerophoriam certitudinē  
& plenitudinē fidei præcipit atq; mandat, qua iubet  
ut sinus perfecti, stabiles & immobiles spiritu, anima  
& corpore sancti & immaculati. Illi cōtrā omnia in-  
uertunt, longe diuersissima à uerbo dei docētes & as-  
serentes. Num igitur recte de illis quis dixerit, & fi-  
dem docent sine uerbo? Imò fidem sine fide, & uerbū  
sine uerbo: quia aliter docent, quā uerbum & fides  
præcipit atq; mandat.



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Ex his paucis facile animaduertere licet, quantã stragem in ueram & euangelicam pietatẽ, uitãq; innocentiam, reliquijs suis peccatorum ediderint Lutherani. Grauter lamentari solent, populũ & oues Christi in ecclesia Romana seduci à uera pietate, externis quibusdam ceremonijs & reliquijs sanctorum. Ego constanter asserere ausim, longe maiorẽ iacturam fecisse reliquias peccatorum in Lutherismo, q̃ reliquias sanctorum in Papismo. Illic Antichristus fornicatus est carnaliter & pingui Minerua: hic spiritualiter et subtiliter. Illic oculi plebis pasti et decepti sunt: hic corda christifidelium falsa & seducta sunt. Cum ab illis persuasi sint homines, sese esse sanctos, se fidẽ habere, cum interim omni genere incredulitatis reſertiti, nihil minus q̃ credentes fuerint. Lutherani Antichristum in ecclesia Romana sedentẽ & carnaliter fornicantẽ haecenus manifestare & iugulare conati sunt. Nunc adest uerbum dei, spiritualement Antichristum in ecclesia & doctrina Lutherana sedentem & spiritualiter fornicantem, iugulaturum, ut utraque ecclesia coeat in unum, ut sit sancta tota sponsa Christi immaculata & irreprehensibilis. Sed de his aliàs copiosius, & fortassis nunc in conuentu Spiren. uel Hagenoën. qui religionis & fidei discutiendã cau-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

sa indictus est, locus dabitur tractandi de his huberi-  
us & conferendi perfectius. Quam itaq; falsum est, qd  
Lutheranorum opinio de reliquijs peccatorum, ut sa-  
ne hic astruere conatur Osiander, non sit impia scan-  
dalosa, atque multis modis perniciosa, tam uerum, fir-  
mum, & perpetuum est, qd Lutherani docent fidem si-  
ne uerbo, hoc est, fidem sine ueritate & effectu, sine  
spiritu dei, nempe sine charitate, sine operibus, quæ  
sunt uita & spiritus ipsius fidei, fidem plane mortu-  
am: quia sine operibus, sine ueritate & effectu, mor-  
tua est fides, uel etiã ipsorum Lutheranorum falso ue-  
ro, hoc est, bis ementito & conficto testimonio. Tam  
deniq; uerum est, qd priuant fidem à dextra uerbo, &  
à sinistra charitate, plane fidem monacham, castra-  
tam, spiritali uirilitate sua orbatam, solitariam, du-  
biam, incertam, desolatam, genuina sua propria uirtu-  
te & robore spoliatam constituētes & docentes.

Præterea uerum, firmum, & perpetuū est, qd se-  
parant effectum à uerbo, uerbum à fide, poenitentiam  
à remissionē peccatorum, crucem ab euangelio: in sum-  
ma, effectum à sua causa, ueritatem à uerbo. Et quod  
per ridiculum & ἄλογον inuito pectore erumpen-  
te ueritate, uere tamen (licet & imprudens) addit  
Osiander, solem è mundo, hoc est, Christum solem &



OSIANDRISMVS ET LVThERANO  
lucem huius mundi, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Et deum è cælo auferentes & negantes, & ut Apostolus Ro. I. loquitur, ueritatem eius mendacio commutantes. Nam cum Lutherani non doceant uerbum è uerbo, fidem ex fide, charitatem ex charitate: non unum uerbum, non unam fidem, non unam charitatem, sed diuersum uerbum, diuersam fidem, diuersam charitatem: non unitatis uerbum, sed uerbū Babel, hoc est, confusionis, diuersitatis: non unitatis & concordie uerbum, sed diuersitatis & discordie, οὐ τὸν λόγον θεοῦ, non uerbum & sermonē dei, sed τὸ ἀντιλόγον, contrarium & diuersum uerbū, non Christi, sed Antichristi, nōne recte in eos dicitur: Nōne suo se ridiculo & ioco recte ludit & ridet, omnibusq; ridendum propinat Olander, cum ait & addit: Solem è mundo, deum è cælo? Et miratur, q̄ non addiderim, addens ipse & adiungens ioco & per ridiculum, quod maxime serio & uere addi poterat, & deinceps semper addi debet. Quid enim est aliud, quam solem è mundo, deum è cælo auferre, cum docetur, non λόγος ἔστι θεοῦ, non uerbum dei, sed ἀντιλόγος, uerbum diaboli, non sermo Christi, sed Antichristi: non uerbū ueritatis, sed mendacij: non fides & spiritus Christi, sed incredulitas & spiritus Antichristi: nōne hoc



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

est dicere in corde suo, non est deus, & auferre deum  
e caelo, solem e mundo, obscurare clarissimum & uni-  
cum lumen, solem illum iustitiae, qui nobis nunc timen-  
tibus iuxta Malachiam oritur & illucescit, tanta cla-  
ritate, ut Norinbergen. Ecclesiastae ad hanc lucē cae-  
cutientes, illustrationem nominis & uerbi Christi in-  
tueri non uelint nec possint, uolentes potius orbē Chri-  
stianum densissimis tenebris, ueluti spiritali quadam  
eclipsi obscurare, & solem illum septempliciter splen-  
descentem non minus impie q̄ impudenter obnubila-  
re, & more gigantum εἰς οὐρανὸν ἔπι, atque inuolabile lu-  
mē solis, quod occultari nō potest, occulere, atq; adeo  
prorsus extinguere. Recte & sancte testatur La-  
ctantius Firmianus, inquiens: Lumen mentis humanae  
deus est, quem qui cognouerit, & in pectus admiserit,  
mysterium ueritatis agnoscit: remoto autem deo, cae-  
lestiq; doctrina, errorum omnia plena sunt.

Hos errores, has tenebras, plus quam cimerias,  
offuderunt mundo non minus **LVTHERANI**  
quam Romani, cum a **VERBO DEI** deuia-  
runt & defecerunt, non manentes in sermone uerita-  
tis & lucis, qui ait Iohan. octauo: Si manseritis in  
sermone meo, uere discipuli mei estis & cogno-  
scetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Et ideo frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum: cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, ut testatur Apostolus Ro. I. Ignorant enim utrique mysterium & unionis, unitatis & trinitatis, atq; arcantum unitrini uerbi & plerophoriae & plenitudinis fidei, quam toties inculcat & docet Apostolus, non docentes uerbum unitatis & unitrinum, sed diuersitatis, multiplex, uarium, confusum, plane Babylonicum, Antichristianicum & fornicatorium uerbum: aliud & longe diuersum euangelium ab euangelio Christi & apostolorum. Nam Lutherani inter alios errores, nihil discernunt inter legē fidei & legem operum: & consequenter nullam constituunt differentiam & discrimen inter opera dei & opera diaboli, inter opera fidei & incredulitatis, inter opera spiritus & opera carnis, inter legem spiritus uitæ, & legem peccati et mortis: In summa, nullum discrimen inter Moysen & Christum, tanta subtilitate & satanica fraude, ut etiam si fieri possit, fere seducti fuerint electi. Ex quo errore, & quidem unico & sacrilego, tanq̄ ab uerbo contrario uerbo dei, illiusq; diuinæ legis, reliqui fere omnes nati & orti sunt. Nam cum a lege dei & fidei tanquam a norma & regula diuini uerbi, quo deus di-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

uiam suam uoluntatem hominibus uult innotescere, omnia ordinentur, regulentur & gubernentur, ueluti certo quodam canone & statuta quadam iustitiæ: confundere igitur legem, & ignorare discrimen inter legem & legem, (quod sane tam apposite differitis & apertis uerbis Apostolus ubique obseruat & tradit) nõne hoc est mysterium totius scripturæ obscurare, & regulam uerbi, & uiam rectam ueritatis, inuiam reddere?

Hic ego Osiandri (rectius semper dicerem Casandri) impudentiam, uel potius effrontem improbitatem, demirari satis non possum, & tam inuerecunde & improbe, claram & apertam ueritatem uerbi oppugnet, non uolens ullo modo agnoscere & confiteri, quod tamẽ amplius negare non potest, quantumuis neget: quippe & Lutherani nullam differentiam constituunt inter legem fidei & legem operum, & uerbum a fide, & effectum a uerbo separant, & fidẽ a dextera uerbo, & a sinistra charitate priuant, cum hæc tam clare in scriptis illis meis quinque a me Norinbergæ relictis ostendatur, ut euidentiori deductione & probatione opus non sit: præsertim cum ad hæc aperta et dilucida argumenta, ne ullo quidem uerbo respondere potuerint ecclesiastæ illi, nisi & perpetuo negant, nihil



OSIANDRISMVS ET LV THERANO,  
interim cur negent, neq; adducentes neq; probantes.  
Negant se illius impietatis & ignorantiae reos, &  
interim tamen nec illi quidem ecclesiastæ in hoc ipso  
illorum libello ullam differentiam, quam faciant &  
constituant inter legem operum & legem fidei, osten-  
dunt, sed semper legem fidei & operum, legem spiri-  
tualem & carnalem, respondendo & negando cõsun-  
dentes, sursum deorsumq; miscentes: cupiunt tamen ab  
hac ignorantiae & impietatis infami nota absolui.

Quid ita quæso Osiander ad axiomata mea con-  
tra conclusiones Martini Lut. contra antinomos ni-  
hil respondit? Cur adeo mutus est? Quare hic disci-  
pulus Lutheri esse nõ uult, & patrocinium præcepto-  
ris & magistri suscipere impie detrectat? Profecto  
non alia causa, nisi q. conclusiones istas antinomicas,  
tam impias, tam sophisticas, tam uarias, sibiq; tot mo-  
dis pugnantes & contrarias, tueri & defendere nul-  
lo modo potuit, ideoq; defendere noluit, ne commota  
hac camarina, ueluti quassato fundamento tota stru-  
ctura Lutheranorum doctrinæ corrueret, & fieret il-  
lius ruina magna. Videbat in cõclusiõibus illis Mar-  
tinianis, nullam omnino differentiam inter legem fidei  
& legem operum constitui, ne ullo quidem uerbo, sed  
indifferententer & indiscriminatim uniuoce non æquiuo



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ce à Martino Luthero dici & concludi, & quidem  
terrifice & hyperbolice: Summa, quantū cælum à ter-  
ra distat, tantum debet lex à iustificatione separari.  
Et nihil docendum, dicendum in re iustificationis, nisi  
solum uerbum gratiæ in Christo exhibitæ. Item alia  
conclusio & summa Martiniana habet, in qua plane  
omnis impietatis summa & ipsissimus Antichristus  
in Lutherismo sese prodit & orbi manifestat, adeo  
ut testimonio alio opus non sit, quæ ait: Summa, lex  
non est utilis, neq; necessaria, neq; ad iustificationem,  
neq; ad ulla bona opera, multo minus ad salutem.

Quis hic quæso patrociniū Lutheri susciperet?  
quis illius se discipulum profiteri ausus est? Nemo  
profecto, nisi qui simul fateatur sese Antichristi di-  
scipulum esse. Christus enim uerbum dei abbreviatum  
& incarnatū, uera & uiua dei lex est, in qua tota ple-  
nitude deitatis inhabitat corporaliter. Illa est expres-  
sa imago dei patris & substantiæ illius. Hinc  
CHRISTVS ipse, uerus suæ ipsius legis diui-  
næ legislator ait: Ego sum Via, Veritas & Vita.  
Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis  
me, & patrem meum utique cognouissetis. Ac si di-  
ceret: Ego sum lex dei uiua, uera & incarnata, uera  
uia, ueritas & uita, qua perueniendum est ad patrem.



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO,

Hæc lex uero, quæ est uia, ueritas & uita, est uerbum abbreviatum incarnatum. Abbreviatum uero uerbū, est uerbum fidei, ut Apostolus Rom. x. clari uerbis testatur, inquit: Hoc est uerbum fidei quod prædicamus. Nam tota uniuersa scriptura, ueluti corpus Christi spirituale, lex dei est, quæ originaliter et principaliter nihil præcipit nisi fidem, & nihil phibet nisi incredulitatem. Conclufit enim deus omnes sub incredulitatem, ut omnium miseretur, Rom. XI. Quod sane grauiſſimum & pulcherrimum dictum Apostolus ad Gala. iij. clarius & dilucidius explicat: & quod hic deum, illic scripturam: quod hic incredulitatem, illic peccatum nominat, inquit: Conclufit enim scriptura omnia sub peccatum, ut pmissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Hanc igitur dei & fidei legem, hoc corpus spirituale Christi, hoc uerbum fidei à iustificatione tollere & separare, nõnne est Christum & fidem à iustificatione separare et tollere, & totam scripturam *μεγάλον*, magnū illud uerbum *τὸν λόγον μέγα*, immensum illud corpus Christi in uerbo suo, in *μικρόν*, in uerbo abbreviato, in uerbo fidei peruerrere, & uerbū fidei à fide separare? Nam cum Lutherani p̄miscue docent & dicunt, Quantum cælum à terra distat, tan



RVM ANTICHRISTIANISMVS. ○

tum debet lex à iustificatione separari: Lex non est utilis, neq; necessaria, neq; ad iustificationem, neque ad ulla bona opera, multo minus ad salutem. Neq; faciunt ullo modo (quemadmodum nullibi faciunt) differentiam inter legem fidei & legem operum. Christi corpus spirituale, uerbum illud Vnitrium, abbreviatum, incarnatum, quibus immortalis, glorificatum & spirituale, uiolant, et uerbum à fide, & fidem à uerbo separant, mysterium  $\Theta$   $\mu\omicron\nu\acute{\alpha}\delta$   $\Theta$   $\nu\omicron\varsigma$   $\tau\epsilon$   $\tau\acute{\iota}\alpha\delta$   $\Theta$ , plerophoriam & plenitudinem fidei, quæ in uerbo, fide, & charitate consistit separantes, plane sacrilegi in diuinam trinitatem, cuius plenitudo tota in Christo inhabitat. Cum enim dicunt & docent: Sola fides iustificat, lex fidei non iustificat: Lex debet, quantum cælum à terra distat, à iustificatione separari: Item, Sola fides iustificat, charitas non iustificat: perinde est, ac si separarēt patrem à filio, filium à patre, spiritum sanctum ab utroq; & è regione. Nam cum hæc trias, hæc trinitas, hæc tria illa diuina uerba, nempe Verbum, Fides & Charitas, inseparabiliter cohæreant, & unū corpus spirituale, unam totam plenitudinem deitatis in Christo inhabitante ueram  $\tau\acute{\omega}$   $\pi\lambda\eta\rho\sigma\phi\omicron\gamma\iota\alpha\mu$   $\tau$   $\pi\acute{\iota}\sigma\tau\omega\varsigma$ , plenitudinem fidei, ut Apostolus Hebræ. x. loquitur, constituent, legem igitur dei & fidei, uerbum fidei et



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
charitatē à fide separare, planissime est, corpus Chri-  
sti, imò diuinam trinitatē impiè & sacrilego more uio-  
lare, & uerbū illud Vnitrinum abbreviatū, incarna-  
tum, pedibus cōculcare, & plenitudinē deitatis blas-  
phemare, atq; fidem plus q̄ monacham plane mortuā  
& sepultā, prædicare. An non hoc est Christum in  
uerbo abbreviato  $\epsilon\upsilon\ \mu\epsilon\sigma\sigma\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  suo, in spiritali corpo-  
re flagellare, crucifigere, occidere & sepelire uelle,  
solem è mundo & deum è caelo tollere? An hoc non  
est Antichristum agere, & meretricē illam magnā  
sedere & regere in ecclesia & doctrina Lutherana?  
Horresco hæc tam nefanda dicere, tamen sacrilega il-  
lorum impietas & magnitudo rei sic dicere cogit &  
efflagitat. Oportet ergo recte secare sermonē uerita-  
tis, prudenter discernere inter lepram & lepram, re-  
ctam & perpetuā constituere differentiā inter legem  
fidei & legem operum, inter legē carnalē & spiritua-  
lem, ueluti inter carnē & spiritum, inter Christum et  
Moysen. Nam spiritus est, qui uiuificat, caro non  
dest quicq; Iohan. vi. Et si secundū carnē uiuerimus,  
moriemur: quod si spiritu facta corporis mortificauerit  
mus, uiuemus, Ro. viij.

Hinc incredibile dictu, quot & quanta sunt im-  
pia, blasphemata, & plusq; sacrilega & plane Anti-



christianica dogmata et dicta in Lutherana doctrina, ut planissime asserere ausim, neq; quid uerbū, neq; quid fides, neq; quid charitas, multoq; minus quid lex fidei, lex spūs uitæ, nunq; intellexisse Lutheranos: adeo obscurant omnia, clarissimumq; dei uerbū ac hymphidissimā scripturam in tenebras uertentes. Hinc Martinus Lut. in cōmentarijs suis ad Gal. ij. inaudito modo dicere ausus est, q; fides sit ænigma, q; euangeliū ducat nos in tenebras fidei, ubi lex & ratio nihil habeant negotij: & ascendere nos iubet in tenebras fidei, ubi neque lex neq; ratio lucet, sed solū ænigma fidei. Vide que so lector locū, cum stupore miraberis. Christus iubet nos in luce ambulare, ne tenebræ nos cōprehēdant, & inquit: Qui ambulat in tenebris, nescit quō uadat. Dū lucē habetis, credite in lucē, ut filij lucis sitis. Christus lux mūdi est, sol ille iustitiæ, quē apprehēdere, uidere, & intueri nemo pōt, nisi p lumē fidei: quia ut Esaias inquit: Nisi credideritis, nō intelligetis. Asserere igitur fidē ænigma esse, euāgelii nos ducere in tenebras fidei, nōne hoc est lucē euangelicā in tenebras cōmutare, & solem ē mundo tollere? In hunc errorē & alios huiuscemodi inductus est Mart. Lut. nō alia quidē rē, nisi q; ignorauit uirtutē legis fidei, & q; nullā sane cōstituit differentiā inter legē fidei & legē operum.

In exemplarib. quæ Vintenbergæ excusa sunt anno 1555. reperiuntur loca allegata folio 88.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

In commen-  
tarijs ad Ga/  
lat. fol. 100.

Huic portento & blasphemiae per omnia simile est, quod idem Martinus in eisdem commentarijs ad Galatas secundo monstrifice asserit, sic inferens: Fides ergo est cognitio quaedam uel tenebra, quae nihil uidet, & tamen in istis tenebris Christus fide apprehensus sedet, quemadmodum deus in Sinai & in templo sedebat in medio tenebrarum. Et subdit: Est ergo formalis nostra iustitia, non charitas informans fidem, sed ipsa fides & nebula cordis. Conspice locum, & ridebis lector, si tamen tanta impietas doctrinae ridenda est, ac non potius ardentissimis lachrymis deplenda & deploranda.

In commen-  
tarijs ad Ga/  
lat. fol. 109.

Eodem loco asserit inauditum quiddam, inquit: Cum Romani dicunt & docent, quod fides in Christum iustificat quidem, sed simul oporteat etiam seruare praeccepta dei, quia scriptum est, Si uis in uitam ingredi, serua mandata dei: ibi statim Christus negatus & fides abolita est. Et addit rationem: Quia mandatis dei & legi tribuitur, quod est solius Christi.

Hic audis lector, non Homicidium, sed plane Christicidium & manifestarium Antichristianismum, quo Antichristus Martinus Luth. Christum in uerbo occidit & iugulat. Ridet acerbissime me Romanos, quando dicunt & docent, Fides quidem



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ustificat, sed simul oportet etiam seruare præcepta dei, quia scriptum est: Si uis in uitã ingredi, serua mandata. Et subiungere ausus est impius, quòd ibi statim Christus sit negatus & fides abolita, cum ipse potius eo loco & illa ipsa sua blasphema doctrina & sententia Christum non neget & aboleat solum, sed plane occidat atq; iugulet. Possem huiusmodi loca sexcenta, imò sex millia ex illis ipsis commentarijs ad Gala. cum hæc ex unico cap. II. desumpta sint, & ex alijs libris qui passim & ubiq; hoc impio errore scatēt, in medium producere: sed res per se clara, testimonio non eget. Et adeò quidem, q̄ Lutherani inficiari nullo modo possunt, q̄ ignorarunt uirtutem legis fidei & euangelij, existimantes ueteris testamenti & Moysi esse legem, nullam Christi & euangelij, nihil sane docentes aut prædicantes de lege fidei, aut quo pacto fides sit discenda, augenda & retinenda, qua deniq; ratione experimentum fidei capiendum sit, an uera fides in nobis sit nec ne, sicut Apostolus elegantissime & utilissime docet. ij. Corin. ult. ubi inquit: Vos ipsos tentate, num sitis in fide, uos ipsos probate. An non cognoscitis uosmet ipsos, q̄ Iesus Christus in uobis est, nisi sicuti reprobis estis? Vbi quis tale & huiusmodi quippiam audiuit à Lutheranis unquam?



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Hinc Martinus eodem loco ad Gal. ij. facit suae ignorantiae & impietatis piam & admirabilem confessionem, quam miraculi loco libuit hic adscribere, & ait: Qui igitur bene nouit discernere euangelium à lege, is gratias agat deo, & sciat se esse Theologum: ego certe in tentatione nondum noui ut deberem. Sic autem ista duo discernenda sunt, ut euangelium ponas in caelum, legem in terram: ut euangelij iustitiam appelles caelestem & diuinam, legis terrenam & humanam: ut tam diligenter distinguas iustitiam euangelij à legis iustitia, quam diligenter distinguit deus caelum à terra, lucem à tenebris, diem à nocte: ut haec sit lux & dies, illa tenebrae & nox. Atque utinam adhuc longius eas distinguere possemus. Et eodem loco paulo inferius, addit huic miraculo ferè admirabilius quiddam, scilicet lege et euangelio longissime à se inuicem segregatis, uterque maneat, inquit, intra suos limites, Lex maneat extra caelum, (& interpretatur seipsum Lutherus, & ait) hoc est, extra cor et conscientiam. E contra libertas euangelica, maneat extra terram, hoc est, extra corpus & membra ipsius. Quis unquam audiuit in rebus fidei admirabiliora portenta, uerae operationes satanae, cum omnipotentia & signis ac prodigijs mendacibus Antichristi, ut grauius loquitur & uaticinatur Apostolus de



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

aduentu illius idoli magni sedentis in loco sancto. ij.  
ad Thessalon. ij.

Præterea sectarij illi negare non possunt, q̄ nul-  
lum discrimen constituerunt inter legem fidei & legē  
operum, q̄ priuauerunt fidem à dextra uerbo & lege fi-  
dei, & à sinistra charitate, q̄ separant pœnitentiã à  
remissiōe peccatorum, crucē ab euangelio. Nam sub-  
lata & extincta lege, quis locus erit reliquus pœnitē-  
tiæ & cruci? Martinus ipse contra seipsum in conclu-  
sionibus contra Antinomos, uel inuitus fateri coactus  
est, inquiens: Qui legem docendam esse negant, sim-  
pliciter & reuera nullam pœnitentiã esse uolunt. Et  
tamen ipse interim indifferenter & indiscriminatim  
docere & dicere ausus est: Quantum cælum à terra  
distat, tantum debet lex à iustificatione separari: et,  
Lex non est utilis, neq̄ necessaria, neq̄ ad iustificati-  
onem, neque ad ulla opera bona, multo minus ad salu-  
tem. An non hoc est pœnitentiã à remissione pec-  
catorum separare, imò pœnitentiã & cognitionem  
sui ipsius, & per consequens agnitiōē dei penitus ex-  
tinguere? Vbi uero pœnitentiã nulla est, crux & euā-  
geliū nulla esse potest: ubi cognitio sui ipsius et dei nul-  
la est, quæ hic charitas & dilectio dei esse posset?



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Deum nemo diligit, nisi qui cognouit eum: qui autē dicit, noui eum, & præcepta eius non seruat, mēdax est, & in eo ueritas non est. 1. Iohan. ij. & quemadmodum deum nemo diligit, nisi qui cognouit eum, sic deo nemo credit, nisi cognoscens deum. Hanc clarissimam euangelij lucem extinxerunt Lutherani, per eorū ænigma fidei, per tenebras euangelij, per nebulam cordis, plene solem mundi, qui est Christus, obscurantes, & uerbum fidei in tenebras: & lunā, hoc est ecclesiam, in sanguinē uertētes: & ex sponsa Christi immaculata, meretricē & peccatricē magnā constituentēs. Nam sol in occasu mundi & circa consummationē seculi obscurabitur, & luna uertetur in sanguinem, ut tandem rursus lux lunæ luceat sicuti lux solis, & lux solis septemplex ter & sicuti lux septem dierum, Esa. xxx.

Hoc igitur est nouum, inauditū, & blandiloquēs Lutheranorum dogma, quo gloriātur euangelij esse reatum, cum nunq̄ magis fuerit sepultum, quo plene uerbum dei efficax, fides, charitas, lex fidei, patientia, crux & passio Christi penē extincta sunt. Et tamen interim Antichristum in eorum ecclesia sedere & regere confiteri detrectant, cum tot modis uerbum & abbreviatum uerbum dei corrumpāt, deprauent atq; uiolent, non solum scripturam perperam in-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

interpretantes, sed etiam male et truncatim diuidentes. Diuidunt enim, ut in Apologia confessionis Augu-  
 stanæ, alijsq; plerisque multis locis uideri licet, totam  
 scripturam in promissionem & legem, nulla facta in  
 illa ipsa diuisione, mentione comminationum, tanq; ue-  
 ro euangelium non prædicet comminatiões, sed solum  
 uerbum promissionis & gratiæ, & non æque commi-  
 nationes & dei iram. Quod cum grauiter Osiandro  
 in senatoria curia Norinbergen, in præsentia Septē-  
 uirorum ad doctrinam meam audiendam delegatorū  
 objicerem, respondit comminatiões esse legis, non eu-  
 angelij, nec debere credi, sed timeri: timorem autē ad  
 legem spectare, non ad euangeliū: tanq; uero aliquis  
 comminationes timere posset, nisi prius fidē compre-  
 hendat, & ueras esse credat: nam si ueras esse non cre-  
 dit, nec timet quidem. Quis enim timeret quod futu-  
 rum non credit? Et cum exempli causa ad confutandā  
 impiam elusionem Osiandri, Christi uulgatū dictum  
 in medium producerem, quo ait: Qui crediderit, & ba-  
 ptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit,  
 cōdemnabitur: & cum rogarem atq; urgerem, an hic  
 secundum membrum illius dicti, in quo Christus gra-  
 uissimam & seuerissimam comminationem incredulis  
 addit & comminatur, credi debeat, nec ne: turpissime

d d



OSIANDRISMVS ET LVTHÉRANO  
confusus Osiander, ne ullum quidem uerbum respon-  
dere poterat, nisi q̄ in errore semel concepto persta-  
bat, comminationes legis esse, non euangelij asserens:  
tanq̄ uero euangelium solam gratiã & nullam iram,  
solam promissionem & nullam comminationē, solum  
cælum & nullum infernum, solam uitã & nullam mor-  
tem æternã nobis p̄ponat, promittat, & cõminetur.

Hæc erat disceptatio de comminatiõibus & de  
peruersa totius sacræ scripturæ diuisione Luthera-  
norum, qua comminationes ab euangelio auferunt, uer-  
bi dei gratiam & Christi crucem & passionē in per-  
niciosissimam licentiam carnis, cum iactura totius po-  
liticæ uitæ uertentes. Nec uerum est, quod ualde im-  
pudenter ad conciliandã mihi inuidiam hic fingit Osi-  
ander, q̄ asseruerim confessionem & Apologiam to-  
tam, ne ullo quidem uerbo comminationum dei memi-  
nisse. Manifestius enim est hoc mendacium, quã a  
quoquam credi possit. Quis enim hoc dicere ausus est,  
cum Apologia toties cõminationum meminisse sole-  
at, sed perperã & non suo loco?

Tandem in fine huius secundi capituli conflictati-  
onis nostræ, insinuat me Osiander suspiciose & inui-  
diose, non solum mendacij, sed etiam homicidij, & for-  
tassis, ut innuere uidetur, publicæ seditiõis & belli ex-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

citandi. A quo ego crimine tam longissime absum, q̄  
 ab his omnibus, quæ hactenus uerissime & efficacissi-  
 me dilui & confutauit. Si iuxta canonem & regulam,  
 semel mendax, semper præsumitur esse mendax: quis  
 credit Osandro tot modis mendaci, et nunq̄ non men-  
 titi? Si Solomonis testimonium uerum est, q̄ os quod  
 mentitur, occidat animam: Osander non solum homi-  
 num, sed animarum occisor & animicida erit, quin po-  
 tius, cum contra uerbum dei & ueritatis, quod Chri-  
 stus est, tam uirulenter, impudenter, scienter, & per-  
 niciose mentiatur, Deicida & Christi Iesu crucifixor  
 & occisor erit, omni Herode & Pilato crudelior et  
 execrabilior, certo damnandus, nisi subito resipiscat,  
 cõuertatur et uiuat, suaq̄ grauisima, impudentissima  
 & blasphema mendacia, quæ tanquã uerus ἀντιλογος,  
 cõtrarius uerbo, quod germanice elegantius dicitur,  
 ain rechter widerpart vnd widerwort *Sottes*, ain wi-  
 derwertiger vnd widergot / uerus ἀνταρξισος, paruus  
 & particularis Antichristus, expressa imago non  
 dei, sed ἑναντιος, contraria deo, genuinus germanus  
 κακός ἀνὴρ, uerus Cacosander, malus ille uir, illiusq̄ ma-  
 li minister defleat, & sub cruce Christi perpetuo pœ-  
 nitentiam agat, ἡ μόνον πίστις deinceps doceat, ipseq̄  
 sedulo illud *Marc. ix.* πιστῶν κύριε ἰσχυροῦ μου τῆ ἀπιστίας.

d d ij



OSIANDRISMVS ET LVThERANO.  
Credo domine, adiuua incredulitatem meam, oret at-  
que precetur.

CAPVT III.

Osiandrismi & Lutheranismi.



Ge uero nunc ad tertium huius disputa-  
tionis caput accedamus, si prius sententiam ecclesiarum de iustificatione, quã  
hic extra ordinem constabilire nituntur,  
refutauerimus, & quã nullibi illorũ dogma sibi con-  
stet, quãquã uaria & incerta apud illos sint omnia,  
ostenderimus.

Primum, uanum, nouum & antehac inauditum si-  
gmentum est, quo pro suo commo-  
dum fingunt duplicem iustificationem: Appellantes aliam effectiuam, non  
ab effectu, sed à causa efficiente, quam rectius appel-  
lassent efficientiuam, ut inferius latius explicabitur.  
Aliam iustificationem nominant declaratiuam, quã  
iuxta eorum fictionem potuissent eo modo & eadem  
opera appellare probatiuam, laudatiuam & pronun-  
ciatiuam, qua homines iustitiam dei obscuram & con-  
trouersam, iustam probant, laudant, declarant uel p-  
nunciant: tanquã uero iustitia dei uel obscura uel con-  
trouersa sit, uel p-batione, uel declaratione, uel pro-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

nunciacione hominum egeat. Gloriam seu claritatē ab hominibus non accipio, ait Christus Iohan. v. Ad hoc eorum commentum allegarunt locum Lucae vij. ubi inquit: Publicani iustificauerunt deum baptizati baptizate Iohannis, ubi iustificare non iustum probare, laudare, declarare uel pronūciare, ut aduersarij asserunt, sed iustitiam dei recipere, uerbo iustitiæ credere & obedire significat, quod & præcedentia & sequentia uerba apertissime declarant, nam statim subiungitur: Pharisei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo. Vbi uerba illa, consilium dei spreuerunt, & præcedentia, de laude & baptizate Iohannis, quæ inter alia referuntur, scilicet, Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum, ex diametro, tanquā contraria opponuntur consilio phariseorum spernentium baptizatum Iohannis, ut altera sententiā ex alterius contrariā declaratione facile intelligi & interpretari possit, ut sit sententiā, Publicani iustificauerunt deū, id est, iustitiam dei receperunt, testimonio Christi et consilio de baptizate Iohannis recipiendo crediderunt, & non sicut pharisei & legisperiti spreuerunt, qui baptizari uolebant à Iohanne, qui uerbis Christi & testimonio de Iohanne non credebant. Ex quibus

¶ d iij



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

omnibus plane liquet, Osiandriū cum suis collegis nunquam intellexisse, quid sit iustificare deum. Est enim iustitia dei credere & obedire, non obscuram & controuersam iustitiam dei declarare, laudare & pronunciare, ut illi astruere ausi sunt, cum iustitia dei credentibus obscura & controuersa non sit, praesertim cum iustificare deum & iustitiam dei apprehendere nemo possit, nisi qui credat, clarissimo testimonio Apostoli, qui ait: Iustitia enim dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes eos qui credunt. Omnes enim peccauerunt, & destituuntur gloria dei. Iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem quae est in Christo Iesu, Rom. iij. Sic itaq; cum ruina magna ruit ecclesiarum altera iustificatio declaratiua, probatiua, laudatiua, pronuntiatiua, mera ineptiae, figmenta absq; uerbo, & plane somnia Osiandrina, quibus tamen confisus, ausus est ponere nouum & inauditum genus iustificationis.

Concludimus itaq; q; quemadmodum est solūmodo unus deus, unum baptisma, unum uerbum dei aeternum, quod est Christus filius dei uiuentis, quo deo reconciliamur, una fides qua reconciliationem apprehendimus: quod sic etiam non est, nisi una sola iustifica-



## RVM ANTICHRISTIANISMVS.

tio effectiua ab effectu, à facto, ab opere, non à causa efficiente sola, ut Osiander asserere conatur, qua uere iusti coram deo & hominibus efficiuntur, qua denique remissionē praeceptorum peccatorum per fidē Christi assequimur, cum spe uirtute & spiritu dei in posterum abstinendi à peccatis, ut omnis nostra gloriatio, & ratione antea actorum peccatorum & futurorū bonorum operum prorsus excludatur, ut omnis gloria sit dei, ut ipse solus sit iustus, iustificans eum, qui est ex fide Iesu, ut si quis gloriatur, merito in domino & non in seipso gloriatur, cum fides sit gratuitum & inenarrabile donum dei, respiciens non minus ad redemptionem Christi, qua ablata sunt peccata praeterita, quam ad sanctificationem spiritus sancti, cuius auxilio & intercessionem cauentur peccata futura, & mortificatur caro in corpore sub perpetua poenitentia & cruce.

Hæc est uera & genuina iustificatio christianorū, quā Lutherani hæcenus nec sciuerūt nec docuerunt. Quādoquidē ab ea separarūt uerbū legis, legē fidei, & p̄ consequēs poenitentia & crucē. Item separarunt charitatem, totius iustificationis perfectionem, & ueram plenitudinem fidei, τὸ πλήρομα τοῦ νόμου, plenitudinem legis, quæ est dilectio, à fide qua iustificamur.



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Nam ad ueram iustificationem requiruntur tria, quae inseparabiliter cohaerent, & mutuo se respiciunt, quorum alterum ab altero abesse non potest, nempe Verbum, Fides, & Charitas.

Iustificamur igitur non monacha Lutheranorum fide, sed monarcha, unitrina, deifica & euangelica fide, quae in unitrino uerbo & uirtute Patrem, Filium & Spiritum sanctum comprehendit, plerophoria & plenitudine fidei perfecta & absoluta, à monade incipiens, per monada progrediens, & in monade desinens, hoc est, à uerbo per fidem in charitatem. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso illo unitrino uerbo sunt omnia. Ipsi gloria in secula.

Nec hic proderit mira sophistica Osiandri, quae monacha Lutheranorum fidei patrocinari conatur, asserens & illos fidem non absq; uerbo neq; sine charitate docere. Contestans praeterea, sicuti mortuus homo non est homo, sed cadauer: ita mortua fides non sit fides, sed figmentū carnis, nullam plane habens iustificandi uim, quia absit charitas. Sic etiā cauillatur (contestatur dicere uolebam) fidem sine uerbo, non fidem, sed manifestam idololatriam esse, cum tamen paulo post tam constanter inconstantem suam contestationē & assertionem, tanq; suo se gladio iugulans, & suo se



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

mendacio illaqueans, omnem inuertat, inquiens: Cum autem opera negamus iustificare, non tantum de operibus carnalibus ante fidem absq; spiritu sancto factis loquimur, uerū etiam de bonis illis operibus, quæ à iustificatis ex fide, operante in eis spiritu sancto fiunt. Ideoq; interdum Pauli genuinam sententiam & Ambrosij autoritatē secuti dicimus, Sola fides iustificat. Hactenus Osiander. In his paucis uerbis priorem assertionem ipse aduersarius oppugnat, & plane inuertit. Nam cum dicit, q; opera à iustificatis ex fide, operante in eis spiritu sancto facta, non iustificent, hic statim charitatē, imò spiritum sanctum & uerbum fidei, quod est Christus, à iustificatione separat. Hæc est constantia doctrine Osiandrinæ & Lutheranæ, qua pergit monacham illam & solitariam tot modis peruersam fidem peruerse defendere, & cauillationibus & mendacijs, cum sibi ipsi ubiq; dissimilis & contrarius sit, manifestius & imprudentius prodere, q̄ nemo potuisset aduersariorum impugnare, denudare & pudificare. Et infert seipsum declarans & interpretās, inquiens: Sola fides iustificat. Quorum uerborū, si lingue proprietatem & usum sacrarum literarum spectes, nullo modo ea sententia esse potest, quam aduersariorum nostrorum impudens & excæcata malitia p



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
calumniam nobis obrudere & affingere nititur, scilicet q̄ monacha & solitaria fides, quæ sit sine uerbo, sine charitate, sine bonis operibus, iustificet. Deinde pergit Osiander monacham illam fidem defendere, declarare & interpretari, & inquit: Sed hæc est potius sententia: Fides quæ non est solitaria, sed quæ habet secum uerbum dei cui innititur, & charitatem, in quam redundet, sola tamen iustificat. Hactenus uerba Osiandri sunt.

Hic uides prudens & cordate lector, quò aduersarius noster in nostra castra transfugiat, & a Lutheranorum doctrina desciscat atq; deficiat, nostræq; monarchæ fidei & monarchiæ doctrinam per omnia amplectatur, & armis nostris spiritualibus sese tueri conetur: non solum in corde credens, sed & ore p̄fiteus, quod nos tanto studio contra aduersarium astruere conamur. Nempe, q̄ fides uera & iustificans, monacha & solitaria esse nullo modo possit aut debeat, sed τῆς μόνῃς πίστεως, solitrinæ aut unitrinæ fides, quæ perpetuo & inseparabiliter secum habeat uerbum & charitatē, uera fides monarcha uel monotriarcha potius.

Sed audi quæso, quàm statim hanc tam piam, tam rectam, tam perfectam & Christianam confessionē, inaudita, quin potius stulta & inepta sophistica reuo-



RVM ANTICHRISTIANISMVS,

et, inuertat, eludat, & rursus leuissimus transfuga  
in castra Lutheranorum transfugere conetur, defen-  
dens more Lutheranorum recte & pie dici, Sola fi-  
des iustificat, uolens id tueri similitudine locutionis sa-  
cræ scripturæ apud Danielem, quæ tamen adeo dissi-  
milis est, & nihil sane ad propositum quadrat, ut nihil  
possit esse dissimilius & contrarium magis.

Sed libet illius uerba & similitudinē ipsam ad uer-  
bum adscribere, ut lector portēta illa Lutheranica et  
Antichristianica spectare, non solum animo comple-  
cti & considerare possit. Sic enim inquit: Sicuti in si-  
mili genere locutionis, cum Daniel cap. x. dicit, *Vidi  
autem ego Daniel solus uisionem*: non est, nec esse  
potest ea sentētia, quòd Daniel fuerit solitarius dum  
uideret uisionem, sed ea potius est propria, genuina,  
& manifestissima sententia, q̄ Daniel, qui non erat  
solus aut solitarius, sed habebat secum suos domesti-  
cos & familiares, id quod textus clare dicit, *solus ta-  
men uisionē uiderit*. Et pergit cauillādo, quod p̄ se fal-  
sum est, cōfirmare, & ait: Quòd si quis Danielis uer-  
ba in hoc sensu recte, proprie, minimeq; ambigue dicta  
esse concedit, cogitur & nostra in tali sensu recte, p̄-  
prie, minimeq; ambigue dicta esse cōcedere. Si autem



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
noſtra calumniari, deprauare, & in alium ſenſum tor-  
quere nititur, iam profecto ſeſe ne ſacris quidem lite-  
ris parcere declarat. Deinde pergit comparare ſen-  
tentias, nempe illam, Daniel non fuit ſolus, et tamen  
uidit uifionē ſolus, cum ſententia quæ habet, Fides Lu-  
theranorum monacha non eſt ſola, & tamen iuſtificat  
ſola. Et infert, inquiēs: Cum enim diuerſiſſimæ & diſ-  
ſimiliſimæ inter ſe ſint hæ duæ ſententiæ, Fides eſt ſo-  
la, & fides iuſtificat ſola, ſicuti & ille: Daniel eſt  
ſolus, & Daniel uidit uifionem ſolus. Et tandem con-  
cludit Oſiander, & transfugit non ſolum à noſtra,  
ſed etiam à ſua ipſiusmet opinione, ſententia, confeſſi-  
one atq; conteſtatione, quam paulo ſuperius apertis  
& diſſertis uerbis fecerat, omnia pernegās & inuer-  
tens, quæ iamiam dixerat atq; confirmârat, & tandē  
atq; poſtremo non aliter inferens & concludens, ac ſi  
Daniel ipſe clariſſimus & Chriſtianiſſimus prophe-  
ta Lutheranus fuiſſet, aut unquam dixiſſet atq; aſſe-  
ruſſet recte & ſanctè dici & doceri poſſe, Sola fi-  
des iuſtificat, quæuis fides ſola non ſit, nec ſola eſſe poſ-  
ſit. Et deinde concludēdo & inferendo ait Oſiander:  
Qui nobis priorem ſententiam, quam nunquam docui-  
mus aut conceſſimus, affingit, & poſtteriorem, quam  
ſolam profiteſtimur ac defendimus, diſſimulat atq; ſup-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

primit, nosq; hac calumnia suspectos reddere laborat,  
 is eadē opera & calumnia Daniele impetit, eiusq;  
 uerba peruertit, & ita non nobis, sed sibi ipsi fidem de-  
 rogat. Deinde ueluti re bene gesta, & tanquam ante  
 uictoriam triumphum adornans, addit epiphonema et  
 acclamationem, inquit: Huius autem nostrae sanæ  
 & Apostolicae doctrinae, clara, certa, & contra in-  
 ferorum portas inuicta testimonia, in sacris literis ha-  
 bemus, id quod paulo post, dum tua confutabimus, au-  
 dies. Hæc est defensio, hoc est patrocinium (quod ta-  
 men in conclusionibus Antinomicis Martino Luth.  
 præstare non uult Osiander) quo tuetur monachā Lu-  
 theranorum fidem. Hæc est dissimilis similitudo, per  
 quam non solum hoc dogma fortiter, ut sibi quidem ui-  
 detur, defendit, sed etiam Danielē tot seculorum spa-  
 tio ante uiuentē & uaticin. antem, Lutherana secta &  
 hæresi infectum fuisse euincit, quia uidit scilicet uisio-  
 nem solus, licet non fuerit solus, sicuti Lutheranorum  
 monacha fides non est sola, & tamen iustificat sola.

Sed nunc serio rem maxime seriam, cum multarū  
 myriadam hominum christifidelium animarum iactu-  
 ra cōiunctam, tractemus, & uideamus quid sit in æter-  
 num dei uerbum, quod est Christus Iesus, ἀντιδογίαν,  
 ludere cauillis, & impia atq; odibili sophistica illud



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

conspurare, blasphemare, & ut Apostolus loquitur, pedibus calcare.

Primū omnium, magna & singulari admiratione dignū est, q̄ Oslander tam incogitans non animaduertat, q̄ tam mire pugnantia & minime cōsentanea p̄ tam certis & pbatis infert & urget, cōstanter asserit, tametsi in effectu neget, q̄ uera, uiua, efficax, & iustificans fides, absq; uerbo & charitate esse nō possit: & q̄ tantum absit, ut fides sine uerbo, uera fides dici debeat, ut etiam idololatria dicenda sit. Præterea, q̄ quemadmodum homo mortuus, non est homo, sed cadauer: sic etiā fides absq; charitate & uere bonis operibus, mortua sit, non dicenda fides, sed figmentū carnis. Hæc recte, pie, & christianè dicta sunt & dicuntur ab Osandro & Lutheranis: si sic perpetuo dicerent & docerent, ac non continuo, quæ hic inseparabiliter, essentialiter, & substantialiter fidei inesse & inherere asserunt & testantur, rursus inaudita sophistica, loxtali & pestifero multarum conscientiarū & animarum ueneno sciungerent ac separarent. Hic status causæ est, hic consistendum est, hic uexilla figenda & ancora iacienda est.

Si uera fides sine uerbo non est, nec esse potest, quinpotius sine uerbo, uera idololatria est, ut ipsi qui-



## RVM ANTICHRISTIANISMVS.

dem nobiscum fatentur aduersarij, ergo fides sine uerbo non iustificat, quandoquidē uera & uiua, non ficta & mortua fides iustificat, igitur monacha, sola fides non iustificat, quia uera fides inseparabiliter, essentialiter, & substantialiter in se habet et complectitur uerbum dei, ergo non est sola, solitaria & monacha. Si sola & monacha non est, igitur nec sola quidem iustificat, quia sola esse non potest: Quia fides sine uerbo, idololatria est. Quis autem nescit idololatriam nō iustificare, sed damnare? cōsequitur igitur clarissimo ipsiusmet Osiandri suorumq; collegarum testimonio, quod sane deinceps inficiari nunquam poterunt, cum unā epistolam & libellum suum, quo quinque meis scriptis respondere conati sunt, suapte manu subscripserint, & suo ipsorum chirographo corroborauerint & communierint, scilicet, quod uera, uiua, efficax & iustificans fides nunquam sit sola, neque iustificet sola: quia de sua natura, substantia, & essentia non possit esse sola: & talem sane fidem, impossibile est esse solam: quandoquidem sola, amittit naturam & proprietatem ueræ, uiuæ, & iustificantis fidei: Igitur nullo pacto iustificat sola, præsertim quum ad ueram iustificationem requiratur uerbum dei æternum, quod est **CHRISTVS**, uerbum



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
fidei, lex fidei, lex dei, lex spiritus uitæ, quæ nos libe-  
ros reddit à iure peccati & mortis Ro. viij. Quia lex  
fidei per fidem non irrita fit neq; abrogatur, sed sta-  
bilitur & confirmatur Ro. iij.

Constanter itaq; concludimus non solum ex no-  
stra, sed etiam ex Osiandri suorumq; collegarum sen-  
tentia, contra Martinum Lut. totamq; factionem Lu-  
theranorum, q; uera, uiua & iustificans fides, redimēs  
à peccatis, & spiritum sanctum elargiens atque reti-  
nens, nunq; sit sola, quemadmodum Daniel non erat  
solus, sed habebat secū suos domesticos & familiares:  
sic fides suos perpetuos, inseparabiles, consubstantia-  
les & essentialiter comites suos, nēpe Verbum & Cha-  
ritatem. Nam quod dictum est de uerbo, itidem & se-  
militer per omnia dici potest & debet de charitate.  
Nam sicuti fides à dextra perpetuo debet esse muni-  
ta & comitata uerbo, gladio spiritus, qui naturali-  
ter dextra gestatur, quemadmodum clypeus sinistra  
sic etiam uera, uiua, & iustificans fides debet perpe-  
tuo & inseparabiliter, essentialiter & substantiali-  
ter, ueluti clypeum diuinæ bonitatis & clementiæ, à  
sinistra gestare & habere charitatem dei, ἡ ἀγάπη  
& νόμος, plenitudinē legis, uinculum illud perfectionis.  
Quandoquidem charitas uinculum est perfectionis, ut



## RVM ANTICHRISTIANISMVS:

Apostolus testatur, & consummatio ac plenitudo legis. Quia qui diligit alterum, legem expleuit. Et tota lex dei in uno sermone completur, nempe in quinque illis breuissimis uerbis: Diliges proximum tuum sicut teipsum, ut Apostolus ad Galat. asserit. Ergo diuina illa & clementissima omnia exuperans charitas, perpetua, inseparabilis, consubstantialis & essentialis comes & socia fidei, à uera, uiua, & iustificante fide nunquam abesse potest neque debet.

Recte itaque hoc loco & sancte, atque adeo *bonorum* sequens, cum tota Romana ecclesia & tota scriptura concludit Osiander: Quòd fides uera, uiua & iustificans, nunquam sit sola: quia ultra & præter uerbum, etiam penes sese semper & perpetuo habeat charitatem. Igitur non est sola, sicut Daniel à suis familiaribus & domesticis comitatus, non erat solus.

His iactis & confirmatis fundamentis, ueluti fixis castris & uexillis, sic etiam contestantibus, protestantibus & asserentibus aduersarijs, contra hostes Monarchiæ, Vnitriæ & monarchiæ fidei omnes singulos & uniuersos infero, assero, decerno & pronuncio: Quòd quemadmodum fides nunquam potest esse sola, monacha & solitaria, sicuti eam solā, monacham & solitariam constituerunt, castrarunt, & suis ueris  
ff



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

& perpetuis comitibus priuârunt Lutherani. Quod  
 sic etiam nunquam iustificet sola, sed unitrina & mo-  
 narcha fides, quæ in se complectitur uerbum, fidem &  
 charitatem. Et q̄ istæ duæ sententiæ, inter sese nõ sint  
 diuersissimæ & dissimilimæ, ut asserit Osiander: nem-  
 pe, fides est sola, & fides iustificat sola. Nam quem-  
 admodum fides de sui natura,  $\mu\omicron\nu\alpha\chi\omega\varsigma$  unitrino mo-  
 do est sola, sic etiam  $\mu\omicron\nu\alpha\chi\omega\varsigma$  unitrino modo iustifi-  
 cat sola. Cum autem ex proprietate, essentia & natu-  
 ra sua, nunquam sit nec possit esse sola & monacha: er-  
 go nec iustificat quidem sola & monacha, sed unitri-  
 na & monarcha. Alioqui necesse foret, ut in iustifi-  
 catione indueret aliam naturam, & discederet à pro-  
 prietate, essentia & natura sua, præsertim cum deus  
 sit qui iustificet. Debet itaq; fides, quæ uerbum dei et  
 deum in uerbo apprehendit, esse sola, quemadmodum  
 deus est solus, cum nomina & uerba debent esse con-  
 uenientia rebus. Nunc cum deus, qui iustificat,  $\mu\omicron\nu\alpha\chi\omega\varsigma$   
 sit solus, sed solus trinus et unus: sic igitur debet fides,  
 non  $\mu\omicron\nu\alpha\chi\omega\varsigma$ , sed  $\mu\omicron\nu\alpha\chi\omega\varsigma$  esse sola, hoc est, unitrina,  
 una, sola & trina, sicuti deus unitrinus est, unus, solus  
 & trinus est. Et cum superius ostenderimus & pro-  
 bauerimus, atq; adeo quidem clarum & apertum sit,  
 ut nemo tam impudens esse possit, qui inficiari audeat



◊ RVM ANTICHRISTIANISMVS ◊

at, quòd ad iustificatiònem necessarium sit uerbũ dei  
æternum, quod est **CHRISTVS**: quod deni-  
que necessaria sit lex fidei, lex spiritus uitæ, simul etiã  
consummatio & plenitudo legis, dilectio & charitas:  
Consequitur igitur, quòd fides sola monacha non iusti-  
ficet, sed unitrina monacha fides: Quia sola nunquã  
est nec esse potest, sicuti deus nunquam solus, solitari-  
us, orbatus & desertus est, nec quidem esse potest: sic  
etiam attestantibus atque approbantibus aduersarijs  
& hostibus ueræ & unitrinæ fidei, qui asserunt & li-  
berè fatentur: Quòd fides, ubi sola & monacha sine  
uerbo est, idololatria est. Præterea ubi sola monacha  
& solitaria est, priuata & orbata charitate, mortua  
sit, fides nulla sit, figmentum carnis sit, ut ipsemet cla-  
ris & apertis uerbis fatetur *Osiander*,

Dicere itaque & docere, sicut hic dicit & docet  
aduersarius noster, eiusq; collega & ecclesiasta  
Norinbergen. Fides non est sola, neque potest esse so-  
la, & tamen iustificat sola: est dicere & docere,  
ipsummet aduersariorum confessione & assertio-  
ne, Idololatria iustificat, Fides mortua iustificat,  
Figmentum carnis iustificat, Fides Monacha iusti-  
ficat, Solitaria & deserta fides iustificat, Orbata

ff ij



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
fides uerbo & charitate iustificat, Deus pater & fi-  
lius & spiritus sanctus non iustificat, sed Deus mo-  
nachus Lutheranus & solitarius, non trinus, solus  
& unus iustificat. Vntrina deitas non iustificat, sed  
solitudo deitatis sine patre, filio, & spiritu sancto iu-  
stificat. Hic sese prodit Monachismus fidei. Hoc est  
mysterium fidei monache, nunc per palingenesiam fi-  
dei nostræ in fidem monarcham & fidei monarchiam  
regenerandæ & conuertendæ, ut regenerata & con-  
uersa iuxta Esaiam, Esa. xxxv. lætetur deserta & in-  
uia, exultet solitudo, & floreat quasi liliū, & erit tan-  
dem ibi semita, & uia sancta uocabitur, Non transi-  
bit per eam pollutus. Et subiungit ibidem Esaias: Et  
hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti non errent per  
eam. Nam cum nos in nostrâ monarchia & palingene-  
nesia fidei, Vnum solum necessarium esse doceamus,  
nempe uerbum fidei ab æterno increatum, in tempore  
in Christo incarnatum, nunc in mysterio uerborum & il-  
lustratum, & per unam solam monarcham non mona-  
cham fidem, per unam solam legem fidei, per unam so-  
lam uiam illustrandum, & orbi terrarum tanta clari-  
tate denunciandum, ut ne stulti quidem deinceps erra-  
re possint: (nā ubi uiae plures sunt, facile erratur à ui-  
atoribus: ubi uero non est nisi una sola uia, ne stultissimi



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

mi quidem & infantissimi errare possunt. Hanc diuina doctrina uiam, si ecclesiastæ Norinbergen, cælitus illis Norinbergam ultro delatam, agnoscere & profiteri uoluissent, nunquam tam grauius & miserabili modo pudefierent, & clarissimam & gloriosissimam rempu. Norinbergen, quam suis impijs & sophisticis nugis obcæcarunt, coram toto orbe Christiano pudefacerent, et tantæ cæcitatæ ream manifestarent atque proderent.

Et quâuis iam plane euicta & triumphata causa sit, & monarchia & palingenesia fidei, & fides monarcha fidem Lutheranorum monacham & solitariam prorsus iugulauerit & occiderit, ut quemadmodum granum frumeti, in terram proiecta & mortua, ferat tandem aliquando fructum multum, utq; iuxta Esaiam, solitudo nunc exultet & floreat quasi liliū: tamen iustæ euidentiore & clarioris illustrationis causa (ut Lutherani omni dubio liberentur, ultra prædicta omnia ad similitudinē Osiandri, qua euincere conatur, Quod quæuis uera & iustificans fides non sit sola, nec unquam possit esse sola, tamen sola iustificet) respondere, & quàm similitudo sit omnino dissimilis, aperire, licet res per se iam pateat, & dissimilitudinis ratio cuius obuia, aperta & manifesta sit: Daniel non  
ff. iij



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

fuit solus, solitarius & monachus, & tamen uidit uisionem solus: Ea sententia nihil habet neq; incommodi, neq; difficultatis, neq; ambiguitatis: quia facile fieri poterat, ut Daniel existens non solum cum suis familiaribus & domesticis, sed etiam in medio copiosissimi exercitus, & in multo maxima turba hominum, ut tamen uideret aliquid, quod nemo reliquorum in toto exercitu uel alia multitudine mortaliū uideret. Nam quod Daniel solus non erat, & solus uisionem uideret, forte fortuna euenerat: poterat tamen non esse solus, & non solus uidere uisionem.

Sed quid hoc, quæso Osiander, ad monacham Lutheranorum fidem, & ad scandalosam & impiam illam locutionem, qua asserunt Lutherani: Sola fides iustificat, charitas non iustificat: Sola fides iustificat, opera non iustificat? & fatentur tamen interim impudenter & imprudenter, quāuis recte & uere, quod fides de sui natura & proprietate non sit nec esse possit sola, cum tamen Daniel sine omni suo & aliorum incommodo poterat esse solus. Sic etiam Helias relictus erat solus, et Moyses solus ascendit in montem. Et miror q; Osiander non potius iam adductis exemplis usus sit, ubi sic argumentari licuisset: Helias reli-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Deus erat solus, & Moyses ascendit solus ad dominum in montem. Igitur recte dicitur, Sola fides iustificat. Quæ sane argumentatio longe fortior & firmiter fuisset, quam cum infert: Daniel non fuit solus, & tamen uidit uisionem solus: ergo recte pieq; dicitur, sola fides iustificat. Hæ sunt Osiandrinæ, & aduersus inferorum portas inuictæ argumentationes, quibus probat recte sancteq; dici, Sola monacha Lutheranorum fides iustificat.

Quis potest illorum ineptias tam uanas, & plane stultas, non effusissime ridere? Nam cum concedunt, quod fides sine charitate sit mortua, & asserunt interim tamen, quod sola fides iustificat, perinde est ac si dicerent & affirmarent: Daniel solus sine uisu mortuus & cæcus, uidit tamen uisionem solus. Verum enim fides sine uerbo & charitate caeca & mortua non iustificat, sic nimirum Daniel sine uisu mortuus aut cæcus, uisionem uidere solus non potuit, quia Daniel amplius non erat: sicuti fides mortua, fides non est, quemadmodum & homo mortuus, homo non est, sed cadauer, ut Osiander ipse testatur, & recte quidem. Quemadmodum itaque Daniel sine uisu & uita uisionem solus uidere non potuit,



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

sic fides sine certissimo periculo uitae suae, & manifestissimo idololatriæ crimine, sola non est nec sola iustificat. Sic oportet iridentes, sophisticantes, & uerbum dei blasphemantes, uerbo ueritatis ridere & ludere, & toti orbi Christiano ridendos propinare, ut dediscant & desistant tandem maledicere, & filium dei uiuentem in uerbo suo blasphemari blasphemare.

Præterea nos sic arguemur, uel lamentamur potius contra Lutheranos, q̄ falso & impie dicant et doceant: Sola fides iustificat, quandoquidem fidē priuant à dextra uerbo, & à sinistra charitate, dicentes & asserentes: Sola fides iustificat, Lex dei, Lex fidei, Lex spiritus uitae non iustificat. Item, Sola fides iustificat, charitas non iustificat, clarissimis uerbis iustificantem fidem, monacham, castratam, orbatam suis perpetuis comitibus constituentes. Nunc cum ipsi met contra seipsos fateantur, q̄ fides uera, uiua & iustificans, non possit nec debeat ullo modo esse sola, monacha & solitaria: nonne seipsos conficiunt, & suo se gladio uel inuiti iugulant, certissimo firmissimoq̄ testimonio contra seipsos probantes & asserentes, quod tanto studio pernegare conantur? Stat igitur firmum & perpetuum, q̄ sola monarcha, univtrina, deifica illa Christi fides iustificat. Monacha uero Lutherano



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

rum & Antichristianorum fides non iustificat, imò  
ne fides quidem dicenda & appellanda est, sed æni-  
gma fidei, & tenebræ euangelij, ut Autor & Ma-  
gister illius fidei Martinus Lut. ipse nominare &  
appellare ausus est. Sed de his plus satis.

Porro deinde novos & noxios errores, quos me  
contra discordem & impiam Lutheranorum concor-  
diam in orbem spargere, atq; inauditam illam doctri-  
nam, quam me adferre ais Osiander, simul unâ uidea-  
mus atq; consideremus. Grauius criminariis, q; alicu-  
bi πείραβολικῶς & per similitudinē affirmârim, Quod  
quemadmodum Helkias sacerdos librum legis aliquân-  
diu olim in domo Israel deperditum, tandem reper-  
tum, Iosia regi. ad manus tradiderit: q; sic ego spe-  
rem, ueram euangelij doctrinam, tam in ecclesia Ro-  
mana, quam in secta Lutherana grauius uitiatam et  
penè collapsam, Sereniss. Ro. Regi Ferdinando, cui  
libros meos dedicandos destinâram, ad manus tradi-  
turum me. Quid hic pecco, quaeso, q; pulcherrima histo-  
ria, & exemplo Helkia & Iosia regis, per parabo-  
lam & similitudinem ad pium institutum meum uti so-  
leo? Nonne scriptura tota & Christus ipse ueritas  
uerbi, comparationibus, parabolis & similitudinibus  
frequenter utitur? Et ego sane uirtute et spiritu Chri-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

sti, nullis meis uiribus aut gloria priuata, maius quādam quā Helkias pręstitit, me pręstiturum certō sciam. Quanto enim euangelium lucis & ueritatis, est libro legis & umbrarum Mosaicarum figuris pręstantius, tanto erit hoc diuinum factum, quo uera euangelij doctrina & gloria nominis Christi, & illustratio per aduentum Antichristi obscurata, restituetur, clarificabitur & illustrabitur, atque etiam horribilis illa contentio religionis & fidei nostrę sedabitur, pręstantius, utilius, admirabilius. Quo deniq; uera noua Hierusalem sponsa Christi & agni, posteaq; meretrix illa magna, non sponsa Christi, sed Antichristi, sedens in ecclesia dei, plane ebria de sanguine sanctorum & martyrum IESV, mater illa scortationum & abominationum terrę, Babylon illa magna, ad fidem & pœnitentiam, ut olim Maria Magdalena, conuersa fuerit: reedificabitur, & cum Christo sponso reconciliabitur, tanto ornatu, claritate & illustratione nominis Christi, ut uere lux lunę, hoc est, ecclesię, lumen suum datura sit sicuti lux solis, & lux solis, nempe Christi, septemplex in nomine suo: in quo sane deus missurus est spiritus septem, ueluti septem lampades ignis ardentis ante thronum domini, prout hæc omnia uera et diuina dona esse, formulę no



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

stra nouæ ædificandæ Hierusalem, & Microsyno-  
 dus monarchica cum septem Principibus Electoribus  
 celebranda (qua summa doctrinæ monarchicæ & pa-  
 lingenesiæ fidei & architectura reconciliandæ spon-  
 sæ Christi, & destruendæ Babylonis magnæ ratio  
 traditur) clarissime demonstrabit, & falsa ac ficta  
 omnia esse, quæ Oslander tanquam minister meretri-  
 cis illius & Babylonis magnæ, cum suis impijs colle-  
 gis hic in nouam Hierusalem acerbissime & ridicu-  
 losissime ludit, conuincet. Et ea omnia non esse è capi-  
 te meo ficta, sed in scripturis & prophetis multo an-  
 tea prædicta, ut in plenitudine temporum & restituti-  
 onis omnium manifestarentur & publicarentur, ut iu-  
 gulari & extirpato Antichristo, annuntiaretur no-  
 men Christi septemplex in uniuersa terra: non so-  
 lum iuxta uaticinium prophetarum, euangelistarum,  
 apostolorum, sed etiam ipsiusmet Christi, tanta cla-  
 ritate & euidencia, ut nullo testimonio alio opus sit,  
 nec dubitare deinceps necesse sit. Sic enim inqt Chri-  
 stus, sol iustitiæ & lumen illud mundi, quod illuminat  
 omnem hominem uenientem in hunc mundum, Matth.  
 xxiiij. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet cha-  
 ritas multorum: qui autem perseuerauerit usq; in finē,  
 saluus erit. Et subiungit: Et prædicabitur hoc euange-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

rum regni in uniuerso orbe in testimoniū omnibus gen-  
tibus, & tunc ueniet consummatio. Vt autem & tem-  
poris ratio, quando hoc tandem aliquando euenturum  
sit, colligi possit, eapropter subnectit continēter Chri-  
stus, eodem loco inquit: Cum ergo uideritis abomina-  
tionem desolationis, quæ dicta est à Daniele prophe-  
ta, stantem in loco sancto, (qui legit, intelligat). Hic  
si legisset & intellexisset hæc tam grauiam & cælestia  
Christi uerba Osiander, sic non luderet, sic non ride-  
ret. Vertetur tamen iste lusus iam in seueritatem &  
dolorem, & risus in luctum & poenitentiam.

Sed quid quæso mirum est, q̄ tam inepte & scur-  
riliter ludat & ridet structuram & duodecim portas  
ciuitatis sanctæ nouæ Hierusalem, cum ipse sit mini-  
ster & præco ciuitatis Babel, omnis confusionis & im-  
pietatis ecclesiastes, non nouæ Hierusalem, non nouæ  
creaturæ & conspersionis, sed ueteris fermenti,  
non Christi, sed Antichristi minister, non uerbi uni-  
tatis, sed diuersitatis tenebrarum & errorum omnium,  
summum mysterium religionis nostræ plane ignorans,  
nempe arcanū & uocad & unionis & unitatis diuine,  
& sapientiam illam in mysterio absconditam, qua in-  
telligimus quomodo monas sit in triade, unio atq; uni-  
tas in trinitate, & trinitas in unione et unitate illa di-



RYM ANTICHRISTIANISMVS.

uina & caelesti, à qua mysterium omnium arcanorum totius scripturae dependet? Hinc nihil mirum, quod mysterium sacratissimorum numerorum, praesertim  $\epsilon\delta\sigma\mu\acute{\alpha}\delta\sigma\varsigma$   $\eta\zeta\delta$   $\delta\upsilon\delta\epsilon\kappa\acute{\alpha}\delta\sigma\varsigma$ , septenarij et duodenarij portarum duodecim nouae Hierusalem, ignorat Osiander. Nam cum principium numeri  $\tau\eta\mu$   $\mu\omicron\nu\acute{\alpha}\delta\sigma\alpha$  unitatem non intelligat, quo pacto reliquorum numerorum mysterium scire potest?

Nam deus unus & trinus, in monade & triade comprehenditur. Osiander uel iam Gacosander potius,  $\tau\eta\mu$   $\mu\omicron\nu\acute{\alpha}\delta\sigma\alpha$ , hoc est, unionem, diuinæ maiestatis ignorat. Igitur deum illiusque diuinam trinitatem ignorat. Non est igitur, nisi catechizatus crediderit, & poenitentiam egerit, Christianus, sed Antichristus Osiander. Nam qui ignorat, ignorabitur, iuxta Apostolum. Et qui non est cum Christo, contra Christum, illiusque hostis & Antichristus est. Et quia nescit & ignorat, audiet à Christo: Nescio uos. Et alio loco ecclesiasticis illis Babylonicis Christus dicit: Erratis, quia scripturas nescitis neque uirtutem dei. Cum uero unionem ignorat, unitatem & trinitatem dei & uerbi ab aeterno increati & in tempore in Christo incarnati, multo magis ignorabit & ignorat Osiander. Et cum principium numeri, ueluti fundamentum totius sa



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

pietiae & mysterium monadis, unionis et unitatis uerbi ignoret ~~nam~~ Oslander, quomodo reliquorum sacramentissimorum numerorum, ut paulo ante dictum est, & maxime ~~in~~ quaternitatis, in cuius mysterio deus nomen suum Tetragrammaton quadrilaterum, hominibus olim incognitum, manifestauit, arcanum, absconditum, & alia multa his secretiora, quae in praesens audire haudquaquam dignus est, scire potest?

Et cum admirabilis & solus sapiens deus, omnia in mensura, numero & pondere disposuerit, Sap. xi. ignorare unitatem uerbi diuini, tanquam prima uerae theologiae elementa, & uerum & solidum religionis nostrae fundamentum: est mysterium totius scripturae et dispositionis diuinae ignorare, praesertim cum sine numero, nec ponderari, nec mensurari possit: adeo summum & reconditum mysterium, in numero uoluit comprehendere deus. Ignorata itaque monade, unione atque unitate dei, illiusque diuini nominis & uerbi, mysterium incarnationis Christi, & quo pacto & qua causa filius dei uiuentis homo factus sit, haudquaquam credere, multoque minus intelligere potest Oslander.

Ex quibus omnibus luce meridiana clarius inferatur & consequitur, Unitatem fidei ore quidem profiteri Oslandrum, re & facto negare, sicut Apostolus



ORVM ANTICHRISTIANISMVS.

Ad Titum inquit: Deum profitentur scire se, ceterum factis negant. Nam cum unitatem uerbi ignorat & negat, sicuti multis modis id ostendi & probari potest, quomodo quæso unitatē fidei scire potest? Nam qui unitatem uerbi ignorat & negat, unitatem fidei ignoret & neget necesse est: quia unitas fidei ex uerbo est, uerbum autem fidei unum est. Quo sane errore obcæcatus Osiander, innumerabiles committit errores, blasphemias & impietates in unitatem uerbi & fidei, imò in diuinam trinitatem & unitrinam deitatem. Nam cum unionem & unitatem ueluti principium numeri non intelligit, trinitatem diuinam in unitate, & unitatem in trinitate, nullo modo intelligere & comprehendere potest. Hinc modo negat, modo affirmat, & Verbum, Fides, & Charitas, perpetuò sese mutuo respiciant, & inseparabiliter cohæreant, adeò ut alterum ab altero in uera & iustificante fide & uerbo separari non possint. Hinc etiam negat & ignorat, quòd Verbum, Fides, & Charitas in CHRI STO unum sunt, sicuti pater, filius, & spiritus sanctus unum sunt. I. Iohan. V. Hinc foedissime ignorat, quomodo deus sit solus, trinus & unus, quomodo fides sit & iustificet sola, & tamen interim nunquam sit sola, nec possit quidem unquam esse sola.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Sed quo pacto quæso intelligeret, quomodo ineffabilis & infinitus deus sit solus, qui nunquam intellexit, quomodo Daniel uidit uisionem solus, cum nõ esset solus? Si terrena non percipit, quomodo cælestia comprehendere potest Osiander? Et sicuti non intelligit, quomodo fides sit sola & non sola, et quo pacto fides sit monacha & monarcha; eodem modo ignorat, quomodo fides sit una, & tamen interim etiam trina & unitrina. Idq; nõ alia causa, nisi quia principium numerandi nõ novã unitatem & unionem ignorat, & plane numerare nescit. Et quod est omnium infantissimum & maxime mirandum, ut ne tria quidem (nempe diuinam illam et deificatam deitatem, à qua omnia dependēt) numerare, multoq; minus mensurare, ponderare atq; perpendere sciat.

Et cum tria prima summa principia omnium rerum, scilicet unitatem & trinitatem, ignoret & neget Osiander, quomodo duodecim portas nouæ Hierusalem scire, comprehendere & numerare possit? Quæ ratione comprehenderet, q; porta nouæ Hierusalem est una, & interim tamen sunt etiam duodecim? Sicuti fundamentum nouæ Hierusalem est unicum & solum, quod est Christus: Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Ie-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

*us Christus, iuxta Apostolum: Et tamen interim  
 illius sanctæ ciuitatis dei, sunt fundamenta duodecim,  
 & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum  
 agni, iuxta apocalypsim Iohannis. Et regius Psalmi-  
 sta numerat Psal. C X V I I I. plures portas iusti-  
 tiæ, nimirum nouæ & sanctæ Hierusalem, inquit:  
 Aperite mihi portas iustitiæ, et ingressus in eas con-  
 fitebor domino. Et statim subiungit unitatem porta-  
 rum, & ait: Hæc porta domini, iusti intrabūt in eam.  
 Ecce hic plures portas iustitiæ, et interim tamen unā  
 & solam portā: sicut unum solum, nihilo minus tamen  
 duodenarium fundamentū nouæ Hierusalem & tem-  
 pli dei uiuentis. Sed hæc omnia ignorat ter miser insci-  
 us et incredulus Olander, uere Olander & sanctus  
 uir, si credere, respicere, & meliora discere uelit.  
 Sed nunc non est docendi & hæc omnia explicandi lo-  
 cus, ne multitudine mysteriorum & secretissimarum  
 rerum, ingenium illius hæcenus in uera theologia &  
 sapientia abscondita fragile & plane infans, cui lacte  
 opus sit, nō solido cibo, obruatur. Eapropter sufficit  
 in præsens ueluti digito demonstrasse, q̄ principium  
 numeri τὸ ἑνὸς & unitatem, & consequenter trinita-  
 tem ignorat Olander. Et posteaquam tria illa diui-  
 na numerare didicerit, & prima illa principia sapien-*

h h



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
tia in mysterio abscondito perceperit, tum non detre-  
tabimus mysterium duodecim portarum & duode-  
cim fundamentorum nouæ Hierusalem latius explica-  
re, & ineptias illas Osiandrinæ sane plus quàm ani-  
les, quibus in portas nouæ Hierusalem, pie & sancte  
inductas, ludit, ita in lucem producere, & simul unà ri-  
dere & sophisticari, ut eum plane illius lusus & ri-  
sus poenitere debeat.

Hoc unum præterire non possum, ut lector pau-  
cis structuram, constitutionē & rationem nouæ Hie-  
rusalem, quæ quidem in Microsynodo monarchica cū  
septem Principibus Electoribus celebranda, latius  
explicabitur, interim percipiat & intelligat, Quod no-  
ua Hierusalem est ciuitas dei sancta, sponsa & eccle-  
sia Christi, per Antichristum quidem & eius men-  
dax uerbum conspurcata atq; uitiata adeo, ut iam me-  
retrix Antichristi, synagoga satanæ, non sponsa et  
ecclesia Christi, appellanda sit: nunc uero rursus in  
occasu mundi & plenitudine temporum & restituo-  
nis omnium, per illustrationem uerbi & nominis Chri-  
sti emundanda, reconcilianda & restituenda, sicut eā  
elegantè describit Iohannes Apoca. xxj. ubi ait: Ec-  
ce ego Iohannes uidi sanctam ciuitatem Hierusalem  
nouam descendentem de cælo, à deo paratam, sicuti



RVM ANTICHRISTIANISMVS:

sponsam ornatam uiro suo. Cum uero non solum tota  
 & uniuersa congregatio christi fidelium, tanquam  
 μέγα κοσμος & magnus mundus, μεγάλη κοίτη magnum cor-  
 pus Christi, magnum templum & ampla illa domus  
 & ecclesia dei appellanda ueniat, sed etiam quilibet  
 Microcosmus, quilibet homo singularis & particula-  
 ris, ecclesia & templum dei sit, iuxta Apostolum, qui  
 1. Corin. iij. inquit: An nescitis quod templum dei estis, et  
 spiritus dei habitat in uobis? Quod si quis templum dei  
 prophanat, hunc perdet deus. Nam templum dei san-  
 ctum est, quod estis uos. Hoc igitur templum dei, hæc  
 sponsa & ecclesia Christi, hæc ciuitas dei sancta, no-  
 ua Hierusalem, ut initio nascētis orbis <sup>ἐκ τῆς</sup> <sup>καθάρσεως</sup> <sup>νοῦ</sup>  
<sup>Ἰσραὴλ</sup> a paruo & uno coepit, ab uno homine Adam per  
 incredulitatē uitiata et prophanata est: sic a paruo et  
 uno atq; ab unitate uerbi, restituenda, reaedificanda et  
 reformanda est. Hinc docemus facilem & expeditum  
 restituendæ ecclesiæ modum, & nouæ Hierusalem re-  
 aedificandæ rationem. Nempe quo pacto quilibet mi-  
 crocosmus, tanquam micrapolis, parua quædam dei ci-  
 uitas, parua Hierusalem, singulare templum & eccle-  
 sia dei, debeat celebrare microsynodum, et sese ipsam  
 ad dei uerbum sincerum corrigere & emendare: ut  
 sit creatura noua, sponsa & ecclesia dei noua, munda.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

irreprehensibilis sine macula & ruga, sicut sponsa ornata uiro suo, ut ab uno indiuiduo, ab uno microcosmo, ab uno homine, ab una unitate facile spectari & ratio haberi possit, quomodo totum corpus, scilicet ecclesia uniuersalis, quæ ex singulis membris & indiuiduis constat, reformari possit ac debeat. Nam cum omnes christifideles unum corpus & unus spiritus, inò unū sint in Christo, ut Apostolus ad Gal. iij. testatur, & non sit acceptio personarum apud deum: uno exemplo ueræ pietatis in uno aliquo homine exhibito & demonstrato, perfacilis & expedita ratio restituendæ totius ecclesiæ inueniri et haberi potest. Quemadmodum enim unus aliquis homo ueræ pietatis euangelicæ & christiante studiosus, in uerbo, fide & charitate, sese erga deum & proximum gerere, reformare, & cum deo deiq; uerbo reconciliare debet: sic nimirum nec aliter, uniuersum corpus omnium christifidelium, cum oēs christifideles unum sunt in Christo, tanquam corpus quoddam magnum, uir ille perfectus, de quo Apostolus Ephesi. iij. meminit. Ad hanc igitur formulam nouæ construendæ Hierusalem & ueri œcumenici celebrandi concilij, tradimus Vnum solum esse necessarium, nempe unicam illam omnipotentissimam monarcham, non monacham Lutheranorum fidem, ut per fr.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

dem ducamur in cognitionem nostri atque dei. Hinc etiam tradimus triplicem cognitionem dei, scilicet per naturam, per legem Moysi & prophetas, et tandem & tertio per euangelij lucem. Cum autem deum cognoscere nemo possit, nisi per uerbum fidei, ideo docemus duodecim gradus discendæ, augendæ, et experiundæ fidei. Deinde etiam indicamus & tradimus docendi causa & allegorice duodecim portas, quibus duodecim fundamenta nouæ Hierusalem, hoc est, duodecim articulos fidei & symboli apostolici, unâ cū tota summa euangelicæ pietatis, comprehendere & complecti possimus. Portæ autem duodecim, quas docendi et demonstrandi causa & allegorice designamus, sunt: Pater, filius, & spiritus sanctus: Verbum, fides, & charitas: Item in anima, Ratio, intellectus, & uoluntas: In corpore, Cor, os, & opus. Vt diuina trinitas, nempe Pater, filius, et spiritus sanctus, per tria diuina uerba & triada quandam diuinitus manifestatam; nempe per Verbum, fidem, & charitatem, comprehendere & retineri posset. Cum uero gemina illa cælestis trias, cum anima & corpore hominis ita unienda sit, ut unus spiritus & unum corpus, imò unum cum diuina trinitate fiamus, quemadmodum precatur Christus Iohann. xviij. ea propter in anima constituimus similiter

bb ij



OSIANDRISMVS ET LVThERANO  
triada quādam, quæ ipsi animæ naturaliter inest, ut  
delicet: Rationem, intellectum, & uoluntatē. Vt hæc  
animæ trias, geminam diuinam illam trinitatem com-  
plectatur et reuereatur, atq; diuinam uoluntatem ita  
comprehendat, ut hominis uoluntas cum dei uoluntate  
prorsus uniat, & fiat una eademq; uoluntas, idem  
uelle atq; idem nolle. Cum autem huic triplici triadi,  
corpus & caro hominis quoq; unienda sit, ut amplius  
nō simus in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei  
habitare debet in nobis: ut quod deus Pater Filius &  
Spiritus sanctus diuina illa trinitas, per Verbum, Fi-  
dem & Charitatem fieri præcipit: & Ratio, intelle-  
ctus & uoluntas animæ & hominis, sancta, recta &  
pia esse intelligit, id tandem etiā corpus et caro, cor-  
de percipiat & credat: & quod corde credit, ore pfi-  
teatur, et tandē opere & factō præstet et exequatur.

Has quatuor triades summo pietatis studio ad  
perfectionem sanctitatis, ut homo spiritu, anima &  
corpore integer & perfectus sit, & in nullo culpari  
possit, ut Apostolus iubet, docemus: & quidem non  
sine autoritate scripturæ. Nam Apocalypsis duode-  
cim portarum nouæ Hierusalem meminit, ad quas hic  
pie alludere uolui. Præterea Christus seipsum osti-  
um appellat, & inquit Iohan. x. Ego sum ostium, p me



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Præterea Psalmistam superius de portis iustitiæ loquentem induximus, ubi meminit multarum portarum, & unius solius portæ, inueniens: *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas, confitebor domino.* Et continuo subiungit: *Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.* Cur non Ostander eadem opera ludit Christum, qui se ostium appellat? Et regium Psalmistam, qui non portarum modo, sed etiam unius portæ iustitiæ meminisse solet? Cur non eadem opera ludit Chrysostomum, cuius alioquin simiam in suis concionibus sedulo agit, & Origenem, aliosque huiusmodi, qui in allegorijs & allusionibus sunt frequentissimi?

Nec sat erat, illas portas allegoricas tam acerbè ludere, nisi etiam narrando deprauaret, & peruerse & aliter referret, quàm à me dicuntur. Nam cum debebat retulisse secundam triada, scilicet: *Verbum, fidem & charitatem*, ipse diabolico astu refert me dixisse & dicere: *Verbum, fidem & opera*, cum ego operum eo loci nequaquam meminisse soleam, sed charitatis. Habet hoc peculiaris artificij Ostander in toto hoc suo commento, ut quæ scripturarum autoritate & argumentis diluere non potest, ea aut deprauet, aut risu



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

eludat, aut taciturnitate mutus prætereat. Et interim hac Antichristiana arte & dolo se uincere & contra ueritatē uerbi triūphare existimat. Eiusmodi sane est, q̄ postremū in portas nostras Hierosolymitanas, magna impietate & admirabili ignorantia & cæcitate ludit, cū ait: Quid, quod tota ciuitas cū omnibus suis portis est sponsa agni? Agnus autē Christus est. An igitur deus pater et spiritus sanctus, sunt sponsa Christi? Et subiungit blasphemā acclamationē et execrationē, & ait: Quis non execretur hanc tuā fingendi licentiā, & blasphemā audaciā? Quod quidē epiphonema optimo iure possum in aduersariū conuere, & ueluti telū retorquere, & dicere: Quis non execretur tuā o Oslander ter cæcā scripturarū ignorantia, & contra apertā uerbi & unitatis ueritatē, blasphemā impudentiā & audaciā? Nam hic plane te prodis, uerissimū esse, quod iam sæpius inculcaui, nēpe quod summū mysteriū & arcanū & uocā & unionis inter deū & hominē planissime ignoras, & q̄ non unū membrū cū Christo, sed diuersum & alienū, scilicet membrū Antichristi, esse soleas. Quia unionē & unitatē inter deū & hominē non cognoscis, neq̄ cōprehendis, ideoq̄ non credis. Non credendo, membrū Christi non es, sed Antichristi. Quis christifi-



RVM ANTICHRISTIANISMVS. ○

delium ignorat, aut non credit, & quemadmodum deus pater, filius & spiritus sanctus, in Christo unū sunt, sic quilibet christifidelis unū corpus & unus spiritus, imò cum Christo & in Christo unū est? Nonne deus & homo in Christo, & oēs christifideles in Christo unius sunt? ut Apostolus ad Galat. iij. inquit: Oēs filij dei estis, eo q̄ credidistis Christo Iesu. Nam quicumq̄ baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neq̄ Græcus, non est seruus neq̄ liber, non est masculus neque fœmina: oēs uos unus estis in Christo. Et Christus toties et tam anxie precatur Iohan. xvij. ut omnes christifideles sint unū, ut sint consummati in unum, sicut pater & filius unū sunt: quia qui adhæret deo, unus spiritus est, 1. Corin. vi. Quam sane unionē, diuinā illam monadā, hactenus nō cognouit Ostander. Deus largiatur illi gratiam, ut deinceps credere incipiat, & sit unus cum Christo, non alius & diuersus à Christo, & membrū unum cum Antichristo. Hoc mysteriū magnū est, inquit Apostolus ad Ephe. v. scilicet inter Christum & ecclesiam, qua duo sunt in spiritu & corpore uno, imò unum sunt, unus spiritus, atq̄ unū corpus. Cum igitur Ostander sponsam Christi à deo patre & spiritu sancto separat, ignorās unionem illam diuinā, an non merito suum epiphonema à



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

me in sese repetentē audit, ut mihi rectissime dicere liceat: Quis non excretur hanc tuā Osiander calumniandi licentiā, et ter blasphemā audaciā, quin potius impiam cecitatem et ignorantiam? Si hic more Osiandrino ludere et ridere hominis impietatem uellem, dii boni, quā latissimus campus et occasio mihi daretur. Claris uerbis asserit, et recte quidem aduersarius, quod tota ciuitas et noua Hierusalē cum oibus suis portis sit sponsa agni, et quod agnus est Christus. Et interim miser ignorat, quod sponsa et agnus in Christo unum sunt, et quod sponsus et sponsa duo quidem sunt, sed in Christo uno, imò unum, corpus unum, et spiritus unus. Quae possit esse maior aut turpior et perniciosior ignorantia atque incredulitas, quam ignorare aut non intelligere nec credere, quod deus homo factus est, quod Christus deus et homo est, quod deus et homo in Christo unus est, quod uerbum caro factum est, quod uerbum dei et caro, unum est? Quae admodum enim deus unus est, sic etiā unus conciliator dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum precium pro omnibus, i. Timo. ij. Hanc itaque unitatem si dei et uerbi, scindere et dissipare atque ignorare, nonne plane haereticum, quin potius sacrilegum, atque adeo Antichristianicum est?

Præterea cum hic fateatur, quod noua Hierusalē cum



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

omnibus suis portis, sit sponsa Christi, quilibet autem homo tanquam microcosmus, non solum tota congregatio creditur et christifidelium, sit sponsa particularis et specialis Christi, nempe templum dei, micrapolis ciuitas quaedam parua dei, portae autem nostrae duodecim perfectissime doceant et complectantur, quod quilibet homo possit spiritu, anima et corpore esse creatura noua, sponsa munda, irreprehensibilis, sine macula et ruga, perfecta, integra et sancta tota: Nonne simul fatebitur, portas nostras non solum esse allegoricas, et per allusionem iductas, (quod tamen modestiae causa libenter profitemur) sed ueritatem uerbi et spiritus, quo duodecim illae portae efficiuntur una porta iustitiae, de qua regius propheta ait: *Aperite mihi portas iustitiae, et ingressus in eas, confitebor domino: HAEC PORTA DOMINI, IUSTI INTRABUNT IN EAM.* Porta autem iustitiae, est fides illa monarcha, non monacha solitaria et mortua, quae unitatem uerbi et fidei et sacratissimorum numerorum mysterium ignorat. Quod autem fides monarcha sit uera porta, uerum ostium iustitiae et iustificatiois nostrae, clarissime probat Apostolus cum ait: *Nonne iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes qui credunt, Rom. iij.* Haec est porta illa diuina, hoc est, ostium unicum et solum, quod de seipso loquitur et ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: et ingredietur et egredietur, et pascua inueniet.*



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Et propter falsa, ficta, & plus quam ridet Osiander, ridicula, et ipsa blasphemia blasphemiora sunt quae in portas illas ludit & ridet. Sed quid mirum quae-  
 so, quod mysterium duodecim portarum non intellexit et comprehendit Osiander, qui primam illam et unicam portam iustitiae, ostium illud fidei non intellexit, neque in hoc diuinum tabernaculum & sanctum sanctorum ingressus, neque egressus est unquam? Nunc uidet opinor Norimbergen. respu. alioqui oculatissima, quam Osiander sit horos & uis, minime sanctus uir, typus sanctiss. Pont. Max. sedentis in loco sancto, qui sese extollit contra deum deorum, & super omne quod appellatur deus & numen.

Sed ut intelligat orbis Christianus totus, quod in sensum reprobum traditus sit Osiander, captus in laqueis diaboli & Antichristi sui, ad ipsius uoluntatem pergit esse blasphemus, non solum in unitatem & mysterium portarum nouae Hierusalem, sed adhuc multo manifestius & clarius, quam unquam antebac, in unitatem fidei & uerbi. Et ait blasphemus, omnes blasphemias suas blasphemando obtegere & defendere uolens, & inquit: Nam hoc quoque non solum haereticum, uerum etiam blasphemum est, quod asseris, uerbum, fidem, & charitatem esse unum, quemadmodum pater, filius, & spiritus san-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Etus unum sunt. Et addit argumenta & probationes suas Osiander, quibus sane nihil contra me, sed omnia contra se, suamq; nunq; satis desendam & admirandam inscitiam & cæcitatē, probat & prodit, ut me pfecto hominis, totius reipu. Norinbergen, nomine, pudeat & misereatur. Et probare incipit, & ait: Fuit enim uerbum dei ab æterno, & manebit in æternū. Fides autem incepit in tempore, & rursus euacuabitur, teste Paulo. Non possunt igitur esse unum. Hoc primum contra unitatem uerbi & fidei argumentum est. Addit secundum, & inquit: Item uerbu dei, deus est, fides aut opus dei, & sic creatura est. Et subiūgit pläne blasphemā acclamationē & interrogationē, & inquit: Quæ autē maior blasphemia cogitari potest, q̄ dicere, deum cū opere suo seu creatura esse unū, sicuti pater, filius, & spiritus sanctus unum sunt? Et subdit tertiā stultitiā, probationē dicere uolebam, inquit: Item Paulus inquit: Fides, spes, & charitas tria hæc. Atqui si tria sunt, non sunt unum. Hæc sunt argumenta quibus euincere conatur, Verbum, fidem, & charitatem dei, non esse unum, strenue sane unitatem uerbi & fidei ignorans, deprauans, atq; uolans.

NUNC singula ordine refutemus, & quàm omnium maximus & ignorantissimus hæreticus plane



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

αυτοκατάκριτος, ipsissimus Antichristus & αντίλογος  
 dei sit Osiander, demonstramus, qui planissime igno-  
 rat & negat uerbum, fidem, & charitatem dei.

Primum ait: uerbum fuit ab æterno, et manebit in  
 æternum. Fides autē incepit in tēpore, & rursus eua-  
 cuabitur: Et allegat Paulum nisi hoc dicentē, aut in-  
 stitutū hoc suum pbantē. Si uerbū dei fuit ab æterno,  
 & manebit in æternū: hic q̄ro ab aduersario, num uer-  
 bū dei fuit sine fide et absq̄ fide. Si inqt. sine fide: Tū  
 ego infero & concludo, q̄ uerum dei uerbum non fuit,  
 q̄a uerum sine fide esse nō potuit. Si uero ait cum Apo-  
 stolo, uerbū fidei fuisse et cum fide et certissima dei fi-  
 de, Tum ego infero, fidē unā cum uerbo fuisse ab æter-  
 no. Nam quēadmodum Osiander, q̄uis contra semet-  
 ipsum superius statuit & decreuit, q̄ fides sine uerbo  
 sit idololatria, sic nimirum uerbum sine fide, idolola-  
 tria erit, nō uerbum dei, sed diaboli: non uerbum Chri-  
 sti, sed Antichristi, cui seruit Osiander: quia falsum  
 & mendax uerbum est, quandoquidē fide caret, & ue-  
 rum non est. Et ideo diabolica deceptio, & uera Osi-  
 andrina idololatria & antilogia est, quam docet mo-  
 nacha Lutheranorum castrata antilogica fides.  
 Hinc Apostolus uerum dei uerbum appellat uerbū  
 fidei, coniungens quæ separari non possunt, Ro.xiii.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

quies: Prope te uerbum est in ore tuo, & in corde tuo: hoc est uerbum fidei quod prædicamus.

Secundo in hoc impio argumēto diluēdo, rogo Osiandrum: Promissiones dei & uerbi sui, fuerint ne ab æterno, an non? Si respondet, q̄ fuerunt ab æterno, quia uerbum dei in quo p̄missiones cōprehēduntur, fuit ab æterno: Tum ego infero, Ergo & fides, quæ apprehēdit p̄missiones, sine qua etiā p̄missiones inanes, uanæ & frustranæ essent. Quia nisi fides sit, nihil est quod p̄missiones intelligat, aut apprehēdat, aut retineat etiā. Si autē dicit, p̄missiones dei nō fuisse ab æterno, negabit uerbum dei, imō Christum Iesum æternum dei uerbum fuisse ab æterno. Hic plane sese aperit et declarat Osiander, q̄ nec quid uerbum, neq̄ qd fides sit, intelligat. Aliās tam grauiter ineptire, imō insanire cōtra ueritatē & unitatem uerbi uon posset.

Præterea cū iustificamur fide dei, fide Christi, non humana & carnali fide sola, sed diuina fide, quæ nos unit cum uerbo fidei, ut p̄ fidem uniamur cum deo per Christum illiusq̄ omnipotentissimam fidem: quo pacto fides dei & Christi, ueritas uerbi non possit esse ab æterno? Si ueritas dei ab æterno est, nimirum et fides dei, sine qua ueritas constare non potest, ab æterno erit & est.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Adde, q̄ uerbum fidei & fides uerbi, eadē sunt: quia fides uerbi, fides Christi est. Nam Christus uerbum dei est. Negare igitur fidē fuisse ab æterno, est negare Christum & ueritatem uerbi fuisse ab æterno. Hic Homericō Stentore opus esset, qui has tantas blasphemias usq; in cælum exclamaret, & Stentorea uoce exaggeraret.

Si fides est præcipua & omnipotētissima dei uis & uirtus, quæ uincit mundum, mortē, diabolū & infernum: & cum credenti omnia sint possibilis, & nihil sit impossibile fidem habenti, quō fides non possit esse perpetua & æterna?

Quid si nunc probem & clare ostendam Osiandro nostro, q̄ fides dei nihil aliud sit, quàm spiritus Christi, imō Christus spiritualis, spiritus uerbi dei? Quia Christum amplius non cognoscimus secundum carnem, quia caro & litera non prodest quicq; sed spiritus est qui uiuificat. Dicat liberē quæso Osiander, & fateatur iam nunc aliquando ueritatē uerbi, & desinat esse tam impius Antilogus & Antichristi minister. Christus quō habitat in nobis? an non per fidē? Quo pacto uertimus carnē nostram in spiritum, ut nō simus amplius in carne, sed in spiritu? Nam qui in carne sunt, deo placere non possunt. Quō igitur carnē no



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

stram spiritualem efficitur, & Christum induimus, ut habitet in cordibus nostris fixis in charitate radicibus? an non per fidem? Quæ igitur ista fides? an non fides uerbi; fides Christi, uiuificans spiritus Christi, uerbum spirituale, quod uiuificat mortalia corpora nostra, propter ipsius spiritum habitantem in nobis, ut frequentissime testatur Paulus?

Idem Apostolus Ro. viij. inquit: Porro si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum. Spiritus autem uita est propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis. Quomodo hic, quaeso Ostender, Christus in nobis est? Non aliter profecto nisi per fidem. Non quidem per monacham Lutheranorum fidem, quæ non fuit ab æterno, nec est perpetua, sed mortua, & iamiam moritura, à fide monarcha iugulanda. Sed per unitrinam illam monarchicam, deificam illam fidem, quæ nihil aliud est, quæ spiritus Christi, sicuti hic clarissimis uerbis appellat Apostolus, pro eodem accipiens Christum, spiritum Christi, & fidem, cum inquit: Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit

kk



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia uestra  
corpora, propter ipsius spiritum habitantem in uobis.  
Quid hic rogo est, quod uiuificat nostra corpora, nisi  
fides Christi, quæ spiritus dei, spiritus Christi est?  
Ipsemet Christus inquit: Qui credit in me, habet uitam  
æternam. Ego sum resurrectio & uita. qui credit  
in me, etiã si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit  
& credit in me, non morietur in æternum. Et Ro. viij.  
Proinde fratres debitores sumus non carni, ut secundũ  
carnem uiuamus. Nam si secundum carnem uixeritis,  
moriemini. Quod si spiritu facta corporis mortifice-  
tis, uiuetis. Quis autem nescit facta corporis mortifi-  
cari non posse, nisi per fidem & uerbum fidei? Ad  
Gala. ij. clarissimus et expeditissimus locus est,  
& Christus, & corpus Christi spirituale, & monar-  
cha illa Unitrina fides, eadem sunt: & fides dei & fi-  
des Christi, nihil aliud est, q̄ spiritus dei & Christi,  
nempe Verbum, Fides, & Charitas dei, unitrina il-  
la monarcha omnipotentissima fides. Vbi sic inquit  
Apostolus: Ego enim per legem legi mortuus fui,  
una cum Christo crucifixus sum. Vuo tamen iam nõ  
ego, sed uiuit in me Christus. Et statim subijcit Apo-  
stolus, & declarat ac interpretatur seipsum, quomo-  
do Christus in eo uiuat, & ait: Et uitam quam nunc



uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

Hic apertissimus textus est, q̄ Christus & fides dei eadem sunt. Nec mirum, quia uerbu fidei, uerbum illud æternum patris, Christus est. hoc etiam testatur irrefragabiliter & luce meridiana clarius, Iohannes Euangelista, qui Iohan. xvi. sic inducit & describit Christum loquentem, ubi inquit: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo afflictionem habebitis, sed confidite, quia ego uici mundum.

Hic Christus ipse uictoria nostra, in credentibus uincit mundum, quod tamen alijs absq̄ controuersia solè uniuersinæ fidei tribuitur. Quod sane idem Euangelista. I. Ioh. v. clarissime testatur, ubi eandem locutionem & effectum illius alijs uerbis effert: & quod hic nominat Christum, illic nominat fidem, inquit: Hæc est charitas dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauiam non sunt. Quia omne quod natum est ex deo, uincit mundum. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Et subiungit statim, declarans quisnam sit qui uincat mundum, & ait: Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod IESVS est filius dei?



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Hic uides Christiane lector, tam clare & dilucide, ut nihil possit esse manifestius & clarius, q̄ idem euangelista Christum & fidem illius cui credimus, pro eisdem in eadem sententia, diuersis locis euangelij & epistolarum collatis, accipit. Sed qd̄ multis remper sese claram, illustrare contendo, cum fides uerbi, hoc est, Iesu Christi, tam certo ab aeterno & perpetua sit, q̄ uerbum fidei ab aeterno increatū, & in tempore in Christo incarnatum, ab aeterno fuit? Quia fides uerbi dei & Christi Iesu, est quidem reuelata in tempore, sicuti & uerbum in tempore reuelatum est: sed fuit semper & ab aeterno, sicuti & uerbum est & fuit ab aeterno. Hinc Apostolus Ro. ult. ait: Ei autem qui potens est uos confirmare iuxta euangelium meum & praeconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij temporibus aeternis taciti, manifestati uero nunc, & per scripturas propheticas iuxta delegationem aeterni dei in obedientiam fidei in omnes gentes patefacti. Hic Apostolus claris uerbis testatur, mysterium fidei aeternis temporibus tacitum, in tempore fuisse manifestatum & patefactum. Si arcanum fidei fuit aeternis temporibus tacitum, iuxta Paulinum testimonium, ergo fuit ab aeterno. Hoc idem testatur Apostolus ad Gal. iij. ubi ait: Ceterum antequam uenisset fides,



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidē quæ erat reuelanda. Hic audis, anteq̄ uenisset fides, et priusq̄ fuisset reuelata, fuisse & extitisse fidem, quæ erat reuelanda. Si fuit reuelanda, igitur erat antequam esset reuelata, quandoquidem æternis temporibus tacita & abscondita erat. Falsum ergo & impium est, quod aduersarius asserit, q̄ fides coepit in tempore, et quod rursus euacuabitur, allegans Paulum, nullo citato & designato loco, q̄a nullo in loco hoc dicit Apostolus.

Et quis satis mirari possit hominis effrontē impudentiam & impietatem, qui sciēs & prudens, lectores fallendi causa, allegat falsum, grauissimi criminis falsi reus? Nam ubi quæso Apostolus hoc dicit? Imò diuersum & omnino contrarium dicit & docet, q̄ fides dei non euacuabitur, & q̄ incredulitas nostra fidem dei euacuare non possit, quia firma, perpetua & æterna est, quandoquidē uerbum dei, quod est fides, firmum, perpetuum & æternum est. Nam uerbum sine fide esse non potest, quemadmodum nec fides sine uerbo, quod & ipse fatetur aduersarius. Ro. iij. rogat Apostolus & inquit: Quid enim si quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuabit? Et respōdit Apostolus: Absit, subnectens rationem, quia deus uerax sit, omnis autē ho-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
mo mendax. Ac si diceret Apostolus: Etiam si mun-  
dus totus esset incredulus, fides dei nunquam euacua-  
bitur. sed manebit perpetuo & in æternum, quando-  
quidem diuina & æterna est. Deus enim uerax est,  
eiusq; uerbū uerum non est sine fide & ueritate. Quia  
deus fidelis est, qui fidem & uerbum suum inuolabili-  
ter & perpetuo seruat & præstat. Nam dona quidē  
& uocatio dei, eiusmodi sunt, ut eorum illum pœnite-  
re non possit, Ro. xi. Audis hic Osiander, q̄ fides  
non euacuabitur, etiam si tu non credas, & incredulus  
sis, & nescias uerbum fidei esse æternum, neq; uitam  
neq; mortem æternam esse credas, quia fidem & ueri-  
tatem æternam uerbi, et ab æterno fuisse ignoras, stul-  
tissime negans spiritum Christi, spiritum dei, qui est  
fides & ueritas dei, ab æterno fuisse. Et quemadmo-  
dum incredulitas nostra fidem dei euacuare & irritā  
facere non potest, sic etiam nec lex promissionem dei  
euacuat, ut testatur Apostolus ad Gala. iij. inquit:  
Hoc autem testamentū confirmatum à deo, quæ post  
quadringentos & triginta annos facta est lex, non ir-  
ritum facit ad euacuandam promissionē. Et addit cau-  
sam illius Apostolus, quare per legem promissio nō  
euacuetur, & ait: Nam si ex lege hæreditas, iam non  
ex pmissione. Si igitur promissiones dei ppetuæ et firmæ



◦ RVM ANTICHRISTIANISMVS. ◦

me sunt, atq; euacuari & irritari non possunt, qua ratione fides, quæ uerbum dei est, qua promissionem dei accipimus, apprehendimus et retinemus, euacuari possit? Nam si fides dei aliquando est euacuanda, uel post hanc uitam incerta futura est, plane æterna uita et cælestia illa gaudia, quibus sancti fruuntur in gloria, fierent incerta. Si enim fides, quæ promissionem de uita æterna & cælestibus æternisq; illis gaudijs apprehendit, aliquando euacuanda & irritanda ueniret, gaudia illa omnia cælestia redderentur incerta, & sancti dubitare inciperet, an illa perpetuo essent duratura, an rursus ad pristinas mortalium miseras in terram, uel ad tartara etiam demigrandum foret. Vt autem promissio dei & uerbi ueritatis, perpetuo certa & firma sit, fides quæ eam apprehendit & retinet, firma, perpetua & æterna sit necesse est. Non est igitur unquam euacuanda & irritanda dei fides. Nam euacuare & irritare fidem dei, est ueritatem uerbi, promissionem dei, Christi beneficia, euacuare & irritare, & aliquando uana & inania futura asserere.

Nunc uidet Osiander, sanctus ille Norinbergen. Ecclesiastes, quid sit asserere, fidem incepisse in tempore, & non esse ab æterno, simulque aliquando euacuandam & irritandam: Verbum, fidem,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
charitatem, non esse unum. Sed quid ego pergo mise-  
rum & ter cæcum Cacosandrum illum, iam dudum ue-  
ritate uictum, & mala conscientia tactum, spirituali-  
ter plane mortuum & enecatam, iugulare? Sed ope-  
ra precium est, aliorum Lutheranorum causa ad reli-  
quas etiam illius impias blasphemias, quibus euincere  
conatur, Verbum, fidem & charitatem non esse unū,  
respōdere, easq; uerbo ueritatis cōficere et refutare.

Verbum dei deus est, inquit Osiander: fides autem  
opus dei, & sic creatura est. Et hīc rursus exclamat  
mirum in modum, in hoc argumenti genere sibi blandi-  
ens & placens, & ait ac infert: Quæ autē maior blas-  
phemia cogitari potest, quā dicere, Deum cum ope-  
re suo seu creatura sua esse unum, sicuti Pater, filius  
& spiritus sanctus unum sunt?

Hic iterum atq; iterum se prodit cum suis colle-  
gis Osiander, q̄ summū ac maximum & mouēdoq; unio-  
nis et unitatis diuinæ mysterium ignorat, & q̄ unita-  
tem fidei, uerbi, corporis & spiritus Christi, scindit,  
dissipat, lacerat atq; uiolat, quod semper fuit hæreti-  
corum maxime proprium. Et id quidem adeo misera-  
biliter & impudenter, ut me profecto totius Norim-  
bergen. reipub. nomine rursus cum admiratione huius  
hominis uehementer & pigeat & pudeat, q̄ hæc urbs



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

alioqui clarissima, opulētissima et populosissima, hoc monstrum impietatis & cæcitat̄is, ueluti crudelissimum hostem uerbi dei, in cathedra concionantem, imò blasphemantem uidere, ne dicam audire debeat.

Quid magis blasphemū, impium, & perniciosum esse potest, quàm ignorare diuinæ maiestatis unitatē & unionē cum carne nostra? quæ caro nostra uertitur in spiritum, ut amplius non simus in carne, in qua deo placere non possumus, sed in spiritu. Siquidem spiritus dei habitat in nobis: quæ deniq; unum corpus & unus spiritus cum deo efficimur, diuinæ consortes naturæ, si refugerimus à corruptione quæ est in mundo per concupiscentiam. Quia qui adhæret deo, deiq; uerbo per fidem, unus spiritus efficitur, i. Corin. vi. Nihilominus audeat Osiander blasphemus & sacrilegus ore dicere, nullam maiorē blasphemiam cogitari posse, quàm dicere deum cum creatura sua esse unum, sicuti pater, filius & spiritus sanctus unum sunt. Nonne homo creatura dei est? tamen in Christo deus homo est. Et Christus deus & homo unus est. Unus enim deus, unus est conciliator dei atq; hominum, homo Christus Iesus, inquit Apostolus, i. Timot. ij. Ecce quæ maior impietas & blasphemia in Christum & in euangelium dei esse possit, quàm ignorare & negare unita



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

tem dei atq; hoim? Et quēadmodum deus & homo in Christo unus est, sic uerbum dei quod est Christus, et fides in Christo et spiritu illius, unū sunt. Nam sicut in Christo uerbum caro factum est, & habitabit in nobis, Iohan. 1. sic uerbum fidei in nobis fit spiritus, ut amplius non simus in carne sed in spiritu, siquidem spiritus dei, hoc est uerbum fidei, habitat in nobis. Quia q̄ adhaeret deo, unus spiritus & unum corpus spirituale cum Christo, imō unum efficitur. Adhaerere autē deo deiq; uerbo non possumus, nisi per fidem. Et unio & reconciliatio inter deum & hominē, inter spiritum & carnē fieri non potest, nisi per uerbum fidei. Nam sicut per uerbum deus & spiritus dei in Christo fuit incarnatus, & uerbum dei, quod spiritus est, caro factum est: sic per uerbum dei caro nostra fit spiritus, & uertitur in spiritum, ut amplius non simus in carne, sed in spiritu, unum corpus & unus spiritus cū Christo, atq; ad eō unum. Quandoquidē Christi preces & obsecrationes, Iohan. xxiij. (quibus petit, ut omnes credentes sint unum, in unum, & consummati in unum, sicuti pater et filius unum sunt) exaudita à patre sunt, quia Christus semper exauditur à patre, nec quicq; filio suo unigenito dilectissimo pater negare pot, lo. xij. Et quēadmodum promissio uitæ æternæ, uictoriæ



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

mortis, mudi, diaboli, inferni, oimq; beneficioru Chri-  
 sti, uerbu dei est: sic fides, quæ illa pmissione accipit,  
 apprehendit & retinet, uerbu Christi est, uerus spiri-  
 tus dei et Christi Iesu, quo uerbu dei, quod ipse Chri-  
 stus est, spiritus Christi, ueluti Christus Christu, &  
 uerbu fidei uerbum Christi apprehendit atq; retinet.  
 Quia deum deiq; uerbu atq; spiritum Christi, appre-  
 hedere & retinere nihil potest, nisi deus, deiq; uerbum  
 & spiritus dei, quod est uerbu Christi, oipotētissima  
 illa monarcha unitrina fides, diuinum illud ac cælitus  
 delapsum, *μόνον πῖσθον*. Ut itaq; deus & homo in Chri-  
 sto unus est, nēpe uerbu fidei ab æterno increatum, &  
 in tēpore in Christo incarnatum: sic uerbum, fides &  
 charitas, in Christo, q est uerbu dei & uerbu fidei &  
 ueritatis diuinæ, unū sunt. Nā de charitate nihil repu-  
 gnat Osiāder, nec potest quidē: qā deus charitas est,  
 & q manet in charitate, i deo manet, & deus i eo. Et  
 quæadmodum sancte pieq; dicitur, Quicquid ex fide  
 nō est, peccatum est, Ro. xiiij. Ita etiā sancte pieq; di-  
 citur & docetur, Quicquid ex charitate non est, quic-  
 quid ex uerbo nō est, peccatū est. Stat igitur firmum,  
 fixum, ppetuum & æternum, semp uerum & inuola-  
 bile, q uerbum fides & charitas in Christo unū sunt,  
 sicuti pater filius & spiritus sanctus unum sunt.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Nec obstat, q̄ tertio adeo ridiculum & ineptum obijcit aduersarius, ut risu magis, q̄ confutatione dignum sit, cum ait: Item Paulus inquit: Fides, spes & charitas, tria hæc &c. Atq̄ si tria sunt, fides & charitas non sunt unum. Hic astute charitatis meminit, uolens, si ausus fuisset, dicere, q̄ nec charitas quidem ab æterno fuerit. Hic autem diabolicus astus & malum consilium consultori est pessimum, & rursus mentitur iniquitas sibi ipsi. Nam cum hic aperte (quod aliàs sese facere impudenter negat) charitatem à fide separet, & à corpore spiritali Christi, quod est uerbum, fides, & charitas, diuinum illud unitrinum uerbum dei, quod in Christo incarnatū est, seiungat, scindat, dissipet atq̄ laceret, crudelissime uiolans unitatem fidei et uerbi, ipse sese reum facit & fatetur, quod aliàs impudentissime negare solet.

Sed discutiamus ridiculam & plus q̄ puerilem illam argumentationē: Fides, spes, charitas, tria sunt, si itaq̄ tria sunt, non sunt unum: Tanquam uero non possent formaliter & carnaliter esse distincta tria diuina uerba, & essentialiter atq̄ spūaliter esse eadē & unū. Cur nō eadē opera & impudētia reprobata reddet Iohannē Euangelistam. qui. i. Ioh. v. inquit: Tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, uerbum, &



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt q̄ te-  
 stimonium dant in terra: Spiritus, et aqua, et sanguis:  
 & hi tres unum sunt. Et subiungit: Si testimoniū homi-  
 num accipimus, testimoniū dei maius est, quoniam hoc  
 est testimoniū quod testificatus est de filio suo. Ecce  
 hic, pater, uerbum & spiritus sanctus, tres distinctæ  
 hypostases & personæ, unum sunt. Et deinde res lon-  
 ge diuersissimæ, spiritus sanctus, aqua et sanguis, tres  
 sunt: & tamen etiam unū esse asserit Iohannes. Si con-  
 tra hæc, Osiandrina argumētatio, qua inqt: tria sunt,  
 ergo unum esse non possunt: non ualet, neq; contra uni-  
 trinū illud diuinū uerbum dei & Christi Iesu unita-  
 tem, ualebunt. Nam quemadmodū pater, uerbum &  
 spiritus sanctus, tres distinctæ personæ, unū sunt: sic  
 uerbum, fides & charitas in Christo Christiq; corpo-  
 re spiritali, immortalī, glorificato, unum sunt: Quia  
 uerbū dei unum & solum est, quod est Christus. Item  
 uerbum Christi unum & solū est, quod est fides: Quia  
 lex fidei & ueritatis diuinæ una sola est, quam Chri-  
 stus summus Monarcha, Luca viij. & Marci v.  
 μοναρχικῶς imperatorio & Cæsareo more, ueluti di-  
 uino uerbo, uno summo præcepto & mandato, summā  
 totius euangelij & perfectissimā fidei & uerbi unita-  
 tem in uera pietate complecti uolens, tulit & promul-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

gavit, inquit: *μόνον πισθε, μόνον πισθε*: Crede tantum,  
Tantummodo crede. Quod sane Iohannes Eckius ille  
oim Romanensium insignis & maximus oppugnator  
unitatis fidei & uerbi, contra seipsum inscius, incredu-  
lus & ignorans, pro Lutheranis in Germanica sua bi-  
blia uertit, *Glaub allain, glaub nux allain*/ hoc est, So-  
lummodo crede, Crede solummodo, plane cum alijs q-  
busdam idem uertentibus, unitatem fidei & uerbi, inui-  
tus & ignorans, ueluti in ænigmate futurae lucis et ue-  
ritatis, professus & confessus. Vt non solum suo, sed  
etiam Lutheranorum errori mederetur, & tam sibi  
quàm suis aduersarijs, uel ignorans & inuitus, uia uni-  
tatis fidei & uerbi ostenderet.

Vt itaq; uerbū Dei Christus est, uerbū Christi fi-  
des, uerbū fidei et legis fidei charitas: ita uerbū, fides  
et charitas, i Christo & in spiritu Christi, in lege uni-  
tatis fidei et uerbi, unū sunt. Et quæadmodū hæc tria  
distincta uerba, i uero corpore Christi, in micrologo,  
in uerbo illo abbreviato fidei, in monarcha illa unitri-  
na fide, in CHRISTO unum sunt: sic est una sola  
lex, quæ in unitate uerbi, diuinam illam unitritatem  
& totam deitatis plenitudinem apprehendit ac reti-  
net: Nempe diuinum illud & cælitus manifestatum,  
*μόνον πισθε*, unica illa unitatis lex, qua **C H R I**



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

STVS <sup>ἡγεμονικῶς</sup> imperatiue præcipit, uult, & mandat, ut solummodo credamus. Nam si credimus, tum etiam omnipotentissimo, iustissimo, uerissimo uerbo Dei obedimus. Si uerbo obedimus, tum etiam charitatem præstamus. Si charitatem præstamus, tum demum plenitudinem legis & ueram illam plerophoriam (de qua Apostolus dissertis & apertis uerbis meminit Hebr. X. & quam Lutherani prorsus nec docuerunt nec sciuerunt) præstamus. Nam τὸ πλῆρωμα τοῦ νόμου plenitudo, consummatio & finis legis, est dilectio & charitas. Quandoquidem qui diligit alterum, legem compleuit. Et tota uniuersa lex in uno uerbo (ἐν τῷ λόγῳ πληρῶσαι) impletur: nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

HAEC est illa Monarchiæ, palingenesiæ & plerophoriæ fidei nostræ, qua uerbum monarchicum Unitrinum, in unitate fidei & uerbi regeneratur & illustratur nouū in uerbo uno solo, quod est CHRI STVS, & in uerbo uno solo CHRISTI, quod est fides, & in uerbo uno solo fidei & legis fidei, quod est charitas, & in lege una sola, quæ unitrinum illud diuinum uerbum, in unitate spiritus & corporis CHRISTI apprehendit & retinet, quæ est, uisus Crede: uel ut Christus Monarcha unitatem &



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

(ut sic interim dicam) solitatem uel soliditatem uerbi  
exprimere uolens, dixit: *μόνον πισθε*, solūmodo crede.  
Vt enim una sola & uiua incarnata lex dei est Chri-  
stus, expressa imago patris, & splendor gloriæ et sub-  
stantiæ illius: sic una sola uiua & spiritualis lex Chri-  
sti, expressa imago uerbi illius, est fides et ueritas uer-  
bi, lex fidei illa unica & sola, quæ iubet & præcipit,  
*μόνον πισθε*, solūmodo crede. Vera autem, uiua, sola et  
unica expressa imago fidei & ueritatis, & splendor  
gloriæ ueræ uiuæ & iustificantis fidei, est charitas,  
uinculum perfectionis, plenitudo legis, plerophoria fi-  
dei, in qua tota plenitudo deitatis, ut in Christo cor-  
poraliter, ita in unitrino illo uerbo fidei, in corpore  
spirituali, immortalis, glorificato, spūaliter, immorta-  
liter & æternaliter inest & inhabitat.

Hoc est discrimen, hæc est differentia & distan-  
tia inter fidem Lutheranorum monacham et solitari-  
am, Danielicam uisionomicam, Osiandrinam: & no-  
stram Unitrinam, Monarcham, Euangelicam, Chri-  
stianam, Apostolicā, atq; Monarchiā fidei nostræ.

Possū hic ridens & ludens, serio tamen & uere  
cū Martino Lut. dicere, hyperbolizare et exclamare:  
Summa, quantum cælum à terra distat, tantum debet  
fides Monacha à fide Monarcha separari. Et nihil



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

docendum, dicendum in re iustificationis, nisi sola monarcha, non monacha Lutheranorū, fides. Item: Summa, fides monacha non est utilis, neq; necessaria neq; ad iustificationem neq; ad ulla bona opera, multo minus ad salutem. Et rursus: Qui fidem monarcham docendam esse negant, reuera nullam poenitentiam, crucem, effectum uerbi esse uolunt: sed oēm pietatem cum politica uita et lege naturæ rumpunt, dissipant atque uiolant, ut Socrates, Plato, Aristoteles, M. Tullius Cicero, multīs in locis euangelio & uerbo ueritatis uiciniores fuerint, quā Lutherani. Quod nisi ueritatem & unitatem uerbi agnouerint & confessi fuerint dogmatistæ illi, luce meridiana uerissimè hoc paradoxon illis antehac inauditum demonstrare & conuincere possum.

Nunc rursus uident opinor clarissime ecclesiastæ Norinbergen, quantam lucem & claritatē euangelij cælitus illis allatā cæci reiecerint & uidere noluerint, & quanta potentia fides nostra uniterina monarcha, fidem illorum monacham conficiat atq; iugulet: ut tanquam granum frumenti in terram prostrata & mortua, & in fidem monarcham conuersa, ferat aliquando fructum multum & copiosum.

Tanta uis est uerbi unitatis & fidei, & illius di-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uinæ unicæ solius legis Christi, quæ ait, <sup>μόνον νόμον</sup>  
 Quam caelestem unitatis legem & uocem Osiander,  
 tanquam minister uerbi nõ unitatis, sed diuersitatis &  
 Babel, hoc est, confusionis, discordiæ & uarietatis,  
 præco non legis Christi, sed Antichristi, non sponsæ  
 Christi, sed synagogæ satanæ, non nouæ Hierusale,  
 sed ueteris Babylonis & ueteris fermenti, adeo pesti  
 me odit, q̄ ne nominare quidem ausus est, imò nec sa-  
 crilegis suis manibus pingere et scribere dignatur, ne  
 nominando, pingendo & scribendo uerbum unitatis,  
 uerbum suum mendax & plane Babylonicum & con-  
 fusaneum, ad solam illam diuinam uocem, tanquam ad  
 adiuratiõnem interimatur atq; iuguletur. Nam cum  
 refert me gloriari, q̄ unus uiderim & repererim cla-  
 rum euangelij textum, cuius autoritate recte dicatur,  
 sola fides iustificat: falso, impudenter & mendaciter  
 refert me citare & allegare ad hoc probandum, illud  
 Mar. x. & Luca viij. Tantum crede. Nam ego ad  
 hoc adstruendum non cito Romanum & Latinum te-  
 xtum, sed Græcum, qui utroq; loco habet τὸ μόνον  
 solum, summum mysterium <sup>ἡ μοναδικὴ</sup> unitatis uel soli-  
 tatis (si sic dicere liceat, quanuis & ueteres sic dice-  
 re ausi fuerunt) complectens. Et Euangelistæ qui-  
 dem græce scribentes, referunt **CHRISTVM**



ROMANORVM ANTICHRISTIANISMVS.

uerum omnium unicum Monarcham, μοναρχίαν, & unitate dixisse & præcepisse, μόνον πῖσθαι, μόνον πῖσθαι, Crede solummodo, crede solummodo, loco illius quod Romani uerterunt, Crede tantum, tantummodo crede. Quod sane Lutherani, græcum textum & unitatem uerbi non animaduertentes neque uidentes (quo tamen fidem illorum monarchiam uehementer palliare & fucare potuissent) uerterunt in germanicis suis Biblijs,

Glaub nur / glaub nur /

quod sane multo minus significat, quam quod Iohannes ECKIUS & DIETTENBERGERVS quidam, alijque plerique Romanistæ plane cæci, contra seipsos uerterunt,

Glaub allein / glaub nur allein /

hoc est, Solummodo crede, crede solummodo, quemadmodum superius quoque retulimus. Et sicuti Lutherani generaliter hanc legem unitatis καὶ τὴν μονάδα, diuinæ unionis & unitatis uerbi dei non uiderunt, multoque minus intellexerunt: sic Ostander uerus antilogus, hostis & aduersarius unitatis uerbi & diuinæ monados, monarchiæ, palingenesiæ atque plerophoriæ fidei, infestissimus, Monarchicum illud

m m ij



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

imperatorium triumphās μόνον πισθῆς, Solummodo crede, exprimere & scribere abhorruit, tanquā ab acerbissimo & nauseabundo antidoto, quo fidem suam monacham solitariam, iugulandam & extinguendā prædiuinabat, uolens foedissime mentiri potius & falsum fingere, q̄ magnificum, ter sanctum, nouum, antehac ad hoc institutum unitatis uerbi inauditum μόνον πισθῆς, Solummodo crede, exprimere & nominare. Tanquā uero me ab unitate uerbi & fidei, ad suū Babylonicū confusaneum errorem auocare, & lucē illam tam clare & septemplexiter splendentem, mendaciorum suorum nebulis obscurare possit scilicet.

Hinc quicquid ad maiestatem unitrini uerbi et fidei pertinet, tam peruerse deprauat, & perpetuo odio persequitur, ut etiam scribentis & alienae manus uitium, in calumniam rapiat. Nam cum forte fortuna per oscitantiam scribae, in libellis meis scriptū fuerat ἑρισμὸν πισθῆς, loco illius quod scribi debebat ἑρισμὸν πισθῆς, calumniator barbarum appellat, et ex barbarismo solocismū fingit & facit, & ἑρισμὸν πισθῆς scribit, & scriptū refert, ut nihil nō sugillet, odiosum et ridiculosū reddat.

Eius generis est, cum me grauitet et false accusat, q̄ nimius sim in fingendis uocabulis nouis & antehac inauditis. solet enim Osiader in plerisque omnibus quae



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ego docendi causa et uerbi Dei illustrandi gratia adfero, ad calumniam rapere, cū pia, recta, Christiana & Euangelica sint omnia. Et quauis quædam noua & antehac inaudita afferuntur, tamē ea omnia ex spiritu uerbi Dei orta et nata sunt. Et ita noua sunt, ut ueluti noua remedia & antidota, ad novos errores & morbos in ecclesia exortos, sedandos & extirpandos admodū necessaria & diuina quædam dona sunt, quæ Deus cælitus demisit, ad perniciosissimā religionis & fidei nostræ discordiā sedandā & cōponendā.

Odiosissime refert me fingere quatuor trinitates, cum ego non trinitates, sed triadas nominarim, sine quibus mysterium diuinæ trinitatis intelligi non potest.

Quid si ego Triadem Romanam, quam lepidus ille Huttenus olim in uitia Romanæ curiæ cōscripsit, docendi & arguendi causa adduxissem? nonne cælum et terram in clamaturus hic fuisset rarus Olander?

Sic cum doceo, Quo pacto microcosmus debeat celebrare microsynodū, qua ratione à microsynodo perueniendum sit ad megasynodū, generale illud aliquando tandē futurum concilium: quo deniq; modo à micropoli noua, parua & particulari ciuitate Dei sancta, à noua parua Hierusalē, ab uno & particulari templo Dei, quod est quiuis homo, templum dei sanctum,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
Megapolis, magna illa ciuitas Dei, & noua Hieru  
salē magna aedificanda, & Babylon illa scortationū,  
abominationū et cōfusionū oīm mater et causa destrūē  
da sit: nōne illa & huiusmodi plura, q̄ noua et ante-  
bac icognita, planeq; inaudita adfero, felices & plane  
caelestes inuētiōes et dona q̄dā diuina sunt? sine q̄bus uni-  
tas et cōcordia fidei et uerbi cū stare nō potuisset, nec  
ecclesia dei tot modis collapsa, reformari & restitui  
ullo mō possit. Nā quēadmodū ecclesia ab unita-  
te coepit, p̄ unitatē auclā & stabilita est: sic etiā p̄ uni-  
tatē uerbi & fidei, ἀπὸ ἑνὸς & εἰδός, ἀ παρὸς & ἑνὸς  
restituēda et reformāda est. Parua enim & principia  
unitatis negligenda nō sunt, sine quibus magna consta-  
re nō possunt. Ecclesia uniuersalis tā Romana q̄ Lu-  
therana, iaudita cācitate et plane satanica fraude ab  
unitate uerbi et fidei discessit, defecit, et degenerauit  
in Babel cōfusionē, non ut olim ad turrim Babel lin-  
guarum, sed ad cōfusionem et uarietatem sectarum.  
Eapropter ad unitatem uerbi et fidei redeūdum est,  
ut unitas totius ecclesiae, ab unitate, in unitate, per uni-  
tatem conseruari & stabiliri possit, ut ab uno, per  
unum, in unum, ἀ uerbo uno, per fidem unam, in charita-  
tem unam perueniamus, & adolescamus in unitatem  
corporis & spiritus Christi, per plerophoriam &



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

plenitudinem fidei, in plenitudinem & finem legis fidei, quæ est dilectio, hoc est, à fide monacha & solitaria, ad fidem illam unitrinam & monarchiam: ut liceat ab una microsynodo, ab una micrapoli, megasynodum & megapolin spectare, celebrare & ædificare. Quæ ut nunc sunt facilima et expeditissima, ita olim et antehac cælestes et felicissimæ inuentiones et dona dei erant, non solum factu, sed etiã sensu incõprehensibilia & cogitatu difficilima, et quodãmodo impossibilia. Nunc & possibilia et facilia, modò uerbo unitatis et legi  $\mu\omega\upsilon\acute{\alpha}\delta\omicron\omicron$  credere uelimus, quæ ait,  $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\upsilon\mu\ \pi\iota\sigma\theta\upsilon\epsilon$ , solummodo crede.

Nõne omnia ab unitate & monade orta, aucta et hætenus consummata sunt? Nõne deus unus est? ut tota scriptura testatur, & præsertim Deuteronomion, ubi Moyses sic loquitur: Audi Israel, dominus deus noster, dominus unus est. Nõne mundus megacosmus ille unus est? sol unus? omne uniuersum mortaliũ genus ab uno Adam coepit? Quoties Apostolus ad Ro. v. et 1. Co. xv. unitatis & unius Adam & unius Christi meminit? tam sæpe unum Adam & unum Christum repetes, et primũ et nouissimũ Adã in uno et unitate cõferes et oppones, ut nos unicus ille locus, ad unitatẽ uerbi admonere, & à Babel reuocare merito debuisse. Quid, q̄ idem Apostolus ad Ephe. iij. ueluti



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

in spiritu somnum illum, uel ueternum potius in ecclesia aliquando futurū præsentens et prænuncians, grauius nos ab eo dehortari et ab hoc lethargo excitare solet, inquit: Hortor itaq; uos ego uinctus in domino, ut ambuletis ita ut dignum est uocatione qua uocati estis, cū omni submissione ac mansuetudine, cū omni lenitate tolerantes uos inuicem per charitatem, studentes seruare unitatem spiritus per uinculum pacis, unum corpus & unus spiritus, quemadmodum & uocati estis in una spe uocationis uestre: Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis?

Vbi etiam Apostolus pulchre et eleganter pingit  $\mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\mu\alpha$  &  $\mu\epsilon\iota\omicron\lambda\omicron\upsilon\mu\alpha$ , magnum & paruum corpus ecclesie CHRISTI, Veluti quod nunc instat prænuncians & futurum prædicens.

Vt itaq; olim ante constructionem Babylonis et turris Babel, totius populi et omnium mortalium unum, erat labium, unus sermo, una lingua, et ut græcus textus habet,  $\mu\acute{\iota}\alpha$   $\phi\omega\upsilon\eta$ , una uox: ita nūc in constructione et ædificatione noue Hierusalem, ciuitatis Dei sancte, quam uidit Iohannes descendente de caelo, à Deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo, in qua noua erunt omnia. Vt enim unus est deus pater, unus deus



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

filius, unus deus spiritus sanctus, unus Christus: ita unum est uerbum, una fides, una charitas, una lex, una uox, una lingua, unus sermo, non carnaliter, sed spiritualiter, in unitate spiritus uerbi et fidei. Vnicus aut ille sermo, unica illa lingua, unica illa uox & lex qua ut olim à Babylone & turri Babel omnis confusionis causa et exordio, ita nunc à meretrice Babylonica magna transmigrationem ad nouam Hierusalem faciemus in unum: A diuersitate, non ut olim linguarum, sed sectarum, in unam fidem, in unam linguam & uocem unā spiritualem est *μόνον πισθε*, Monon pistheue, Solummodo crede, crede solummodo, & germanice, Glaub allain/ glaub nur allain/ non secundum Papsimum, neq; iuxta Lutherismum, sed iuxta germanum & genuinum Christianismum, & legem illā unicam et solā Euangelij CHRISTI IESV. Qui solus omnium monarcha, *μία μόνη νόμος* unam solam legem promulgat, inquit: *μόνον πισθε*, solummodo crede. Nam in Christo Iesu neq; papsimus quicquam ualet, neq; Lutherismus, neq; fides monacha Lutheranorum, neq; opera monacha Romanorum: sed fides per dilectionem operans, sed opera ex uerbo, fide & charitate, diuino illo unitrino uerbo facta et profecta.

Sic enim fiet, ut quilibet Microcosmus, quiuis ho



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

mo uoce, solus, cum uocā de uno solo deo, per unam solā legē Christi et fidei agat, cor suum examinet, an fidē illam unitrinā, ueram, uiuam, plerophoriam illā, quæ plenitudinem legis, ipsam dilectionem & charitatem comprehendit, habeat nec ne. Et quā fortis & constans, quā plena, firma & certa fide sit, nihil addubitans propter incredulitatem. Cuiusmodi erat fides patris omnium credentium Abrahæ, Ro. iij. Vt hoc pacto quilibet microcosmus, & qualibet micropolis noua creatura à deo creanda, microsynodū quā primum celebret, concludat, atq; executioni in uera fraternā charitate & dilectione cōmuni erga omnes demandet, ut ad megasynodum & megapolim, magnam illam Hierusalem nouam, & ciuitatem dei sanctam, Christi sponsam (à Babylone, à confusione & uarietate seclorum, & tandem à toto Antichristianismo liberati) peruenire ualeamus omnes in unitatem fidei & agnitiōis filij dei, in uirum perfectum, in uerā & magnum illud corpus per megasynodum, per generale illud tantopere haecenus expectatum concilium, in mensurā ætatis plenæ adultæ Christi, ut amplius non simus pueri, qui fluctuemus & circumferamur quouis uento doctrinæ per uersutiam hominum: Et que pulcherrima sequuntur & ulterius enarrantur ab Apo.



VRVM ANTICHRISTIANISMVS.

stolo Ephe. iij. Sed simus perfecti uiri, non pueri, abo-  
 lētes puerilia. Aduenit enim nunc, quod pfectum est,  
 ut quod ex parte aliquando fuit, aboleatur. Cognoui-  
 mus enim antehac ex parte, & ex parte pphetauimus,  
 & uidimus p speculum in ænigmate, nunc autē facie ad  
 faciem: quia deus ultra non abscedet faciem suam à no-  
 bis, sed effundet spiritum suum super omnem domum  
 Israel, Ezech. xxxix. Quia terra repleta est scientia  
 domini, sicuti aquæ maris operientis, Esa. xi. Et reue-  
 lata est gloria domini, & uidebit omnis caro pariter,  
 quod os domini locutum est, Esa. xl. Fides enim nostra  
 nunc uertitur in plenissimā scientiā, ut ueri filij Ab-  
 raba, confratres Christi Iesu, plenissime (sicut pater  
 noster A brabam) scientes simus, q̄ is qui promise-  
 rit, potens sit & prestare: nihil addubitantes propter  
 incredulitatem, sed robusti facti fide, præstemus glo-  
 riam deo, Ro. iij. ut tandem omnes unanimes uoce, quē-  
 admodū olim populus Israeliticus, cum Moyses etiā  
 solus ascendisset in montem, & cum domino collo-  
 cutus rediisset ad populū, & narrasset uerba domini et  
 iudicia, respōdit cunctus populus uia q̄ uia, una uoce:  
 Omnia uerba domini, quæ locutus est dominus, facie-  
 mus, uno uerbo, una fide, una uera & pfecta charitate  
 respōdeamus Christo: Oia uerba q̄ locutus es domine



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO/

Iesu Chryste, credemus & faciemus. Vt totius populi Christiani sit cor unum & anima una, in spiritu et uerbo uno, quæ est fides Iesu Christi una & sola.

Ad hæc tam diuina, caelestia, & plane admirabilia & humano sensu incomprehensibilia & incredibilia dona, unum solummodo est necessarium, ut Christus Monas ille primus et nouissimus, primogenitus uiuentium & mortuorū, inquit Lucae x. Vnum est necessarium: nempe unitrinū illud fidei & ueritatis uerbum, ab æterno increatū, in tempore in Christo incarnatum, et nunc per spiritum sanctum in nomine Christi, & per reuelationem & ingulationem Antichristi regeneratum & illustratum. Nam Antichristus Pharaos ille magnus totius orbis terrarum, in hoc ipsum excitatus est, ut Christus in eo (ut olim deus Israel in Pharaone rege Aegypti) ostendat potentiam suam, ut annuncietur tandem aliquando nomen Christi in tota terra, & lux lunæ, hoc est, ecclesia Christi, luceat & splendescat sicuti lux solis, & lux solis, hoc est, Christus in nomine suo, qui sol est iustitiæ, qui nobis timentibus nunc oritur, iuxta prophetiam Malach. ult. septemplex iter Esa. xxx. Septuplex aut lux, est illustratio et clarificatio nominis Christi, non ut olim hominibus prorsus incogniti (iuxta illud: Nomen me-



um Adonai non indicavi eis, Exo. vj.) sed quod postea Matth. j.  $\kappa\epsilon\gamma\gamma\acute{\alpha}\mu\upsilon\alpha\tau\omicron\pi$ , quadrilaterum reuelatum est, & postea in mysterio abscondito clarius reuelatum & reuelandum, iuxta Christi Iesu ipsiusmet testimonium, quod ait Io. xvij. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo &c. Et in fine illius capituli rursus inquit & testatur Christus: Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in eis sit, & ego in ipsis. Quo pacto aut nomen Christi in uerbo suo nunc clarificetur, illustretur, & splendescat septupliciter, in formula noua aedificanda Hierusalē septē principibus electoribus dedicata, clarissime & uerissime demonstrabitur. Iam enim non oportet margaritas proijcere ante porcos, et sanctum dare canibus, prius quā Ostiander cū collegis suis ueritatem uerbi & nominis Dei agnoscant, & coram Deo & hominibus confiteantur. Quod futurū aliquando & effecturū me claritate, potentia et uirtute uerbi nō dubito: nam paruus particularis quā Antichristus iugulandus est, quo magnus & uniuersalis eo facilius confici & interimi possit.

Hac atque huiusmodi tam pia, tam Christiana & sacrosancta mysteria scripturarum, cum coram audierit & audire potuerit Ostiander, tamen interim



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

sacrilego & blasphemio ore ausus est appellare prodigiosa, ridicula, stulta, phanatica, hæretica, blasphemata (quorum maxima pars sit contra, omnia uero præter sacrarum literarum & ueteris ecclesie auctoritatem fidei et noua) planissime in uerbū ueritatis, antilogismū & Antichristianismū quendam peragens, & uerbum uiuentis dei spiritualiter flagellans, crucifigens, et quantum in eo est, mortificans & sepeliens: Ne ueritas & claritas uerbi, mendacia sua Antichristianica et Antilogica, detegat atq; demudet, ne unquam Senatui et reipub. Norinbergen. innotescat, quod tam impie & tanto temporis tractu sacrilego suo dogmate, tot millia hominū & animarum seduxerit. Omnino inscius et ignorans, aut etiam scire et discere nolens, quid uerbū, quid fides, qd charitas, quid lex dei et fidei, quid poenitentia et crux Christi, quare Christus incarnatus sit, quid incarnatione sua præstiterit, quopacto uera iustificatio apprehendenda, retinenda, & uita æterna consequenda sit. Nam hæc oia à cognitione mysterij <sup>et</sup> ueritatis unionis & unitatis uerbi dei, quam hætenus planissime ignorauit Osiander, dependent. Et ignorare prudens uult, & tamen audet interim impudenter referre, me toties et tot modis Norinbergæ coram conuictū & confusum: cum



RVM ANTICHRISTIANISMVS. O

eadem ferè semper responderim, et ad respondendū paratus fuerim, quæ nunc tam firma & incōcussa respondeo, quæ labefactare nec inferorum portæ, & ne ipse quidē Antichristus cum tota sua militia infernalis exercitus poterit. Rogavi coram toties & tanto studio Ecclesiastas Norinbergen, ut audire me patierent uellent, ut pia docentē, ita fideliter monentē. Sed Osiander solus impediebat, & tanq̄ asp̄s ad aduersionem aures obturabat, ne aut rursus Anglico sudore corripereetur, aut ne collegas suos audiendi me percupidos sanè, in meam sententiā perducerem. Testes erunt ipsiusmet ecclesiastæ.

Sed audiamus calumniatorē illū ulterius uerbum ueritatis ludentē et deridentē, atq; fidē uerbi et Christi Iesu, sp̄m ipsius ab æterno esse negantem, ubi ait: Hæc et similia cū præsens quoq; à nobis audieris, & te uictū ac confusum esse sentires, nō tamē ueritati cedebas: sed dicere audebas, fidē ab æterno fuisse. Interrogatus, ubinā? Respōdebas: in deo. Iterū interrogatus, qd cui crederet deus? et an illa fides esset eiusdē generiscū fide nostra iustificāte? Hæc ipsa uerba Osiandri adscribere uolui, nō q̄ aliqua cōsuetudinē egeāt, sed ut lector cū admiratiōe et stupore itelligat, q̄ stultissime et q̄ p̄petuo & strenue Osiander uerbū dei et Christi, quod est fides, sp̄m Christi oipotētissimā illā



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uim uirtutē & ueritatē uerbi (sine qua uerbū mortuū  
& mēdax est, nō uerbū dei, sed diaboli: non Christi,  
sed Antichristi) ab æterno & in æternū fuisse igno-  
ret. Præterea q̄ admirabiliter cæcus fuerit, & non in-  
tellexerit, quænam fides et quō iustificet, dei ne, an no-  
stra humana & carnalis fides: & quomodo dei fides  
nostra sit. Quod plane eū ignorasse clarissime argu-  
it, q̄ hactenus nesciuit fidē ab æterno et æternā fuisse.  
Nam cum rogat & sese rogasse asserit, an illa fides  
æterna sit eiusdem generis cum fide nostra iustifican-  
te: ecce hic ponit & astruit fidem iustificantem diuer-  
sam à Dei fide, quæ æterna est, iustificandi uim ta-  
men habeat. Vides igitur fidē Osiandrinā iustifican-  
tem, quæ ab æterno non sit, nec in æternum duratura  
sit: sed quæ in tempore incepit, & in tempore euacu-  
anda sit: fides plusq̄ monacha, mortalis & mortua.  
Possent ne impia, crudelia & sacrilega magis uel sin-  
gi, uel ab ullo mortalium excogitari? Hic uidet nunc  
nimirū Osiander, quo pacto mutus sim, & ad suas im-  
pias ineptias obmutescam, meq̄ ex suis sophisticis tri-  
cis potentia et uirtute uerbi extricare ualeā. Et quā  
super omnia uincat & fortior sit ueritas, semper ipsa  
inuisa & insuperabilis. Quia hæc est uictoria, quæ  
uincit mundū, fides nostra, ueritas uerbi, spiritus Chri



sti, qui consolabundus ait: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis: In mundo afflictionem habebitis. sed confidite, quia ego uici mundum. Si fides & ueritas uerbi uincit, testimonio Christi & sui tantopere dilecti Iohannis, megacosmū magnum illum & mundū totum: quanto fortius & facilius uincit microcosmū Osiandrum, ueluti paruum particularemque uerbi ueritatis antilogum & Antichristum, uerbum fidei æternum & perpetuum negantē & uiolantē, et in tempore coepisse, & in tempore intermoriturum, euacuandum & irritandum aliquando esse asserentem?

Apostolus Paulus Ro. v. dissertis & apertis uerbis fidei immortalitatē & æternitatē adstruit, cū ueluti per epilogum & illationē concludit & infert, inquiens: Iustificati igitur ex fide, pacē habemus erga deum per dominū nostrum Iesum Christum, per quē et cōtigit nobis, ut fide perduceremur in gratiā hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ dei. Et subiungit Apostolus, fidei firmitatē & æternitatē fortius & potentius explicans, & ait: Nec id solum, uerum etiā gloriamur super afflictionibus, sciētes quod afflictio patientiā pariat, patientia uero, probationē, probatio autē spem. Porro spes non confundit, quod dilectio dei effusa est in cordibus nostris per spiritū san-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Etum qui datus est nobis. Hic si fides uerbi, quæ est ueritas Christi, ab æterno non fuit, nec in æternum & perpetuo duratura est: quam poterit Osiander, quæso, cum Lutheranis suis omnibus habere iustificationem & pacem in deo? Quomodo poterit gloriari sub spe gloriæ dei, atq; adeo super afflictionibus? Et quo pacto spes eum non confundet? qua ratione diffundetur spiritus sanctus in corde illius, cum fides & ueritas uerbi dei ab æterno non fuerit, nec in æternum duratura sit, sed in tempore cœperit, & in tempore aliquando interitura, euacuanda & irritanda sit?

Hic Osiander aut cogitur fidem dei & ueritatem uerbi, ab æterno fuisse, & in æternum duraturam cōfiteri: aut simul unã negabit & uerbum dei, quod est Christus, ueritas æterna patris, oëm spem nostram, charitatem dei, unã cum spiritu sancto, per quem diffunditur dilectio in cordibus nostris, ab æterno fuisse, & in æternum duraturam esse. Et si æternitatem uerbi, ueritatis, spei, dilectionis spiritus negauerit, si simul unã profitebitur, uerbum, fidem & charitatẽ dei, patrem, filium & spiritum sanctum, totamq; plenitudinem deitatis in Christo inhabitantem corporaliter, & in tempore cœpisse, & in tempore interituram, intermorituram, euacuandam & aliquando irritam



clam. Quo quid possit in euangelium Christi audiri  
blasphemum & sacrilegum magis? Inhorrescit ani-  
mus dum hæc scribo & meditor, & Osandrum con-  
cionantē & numerosissimum populum Norinbergen.  
cum sapiētissimo alioqui senatu, tam miserabili & de-  
flendo modo seducentem, admirabundus contemplor  
atque recolo.

Præterea concedat Oslander necesse est, Quòd  
iustificamur aut fide dei & Christi Iesu, aut nostra  
humana & carnali fide, aut fide dei & nostra, quæ p  
uerbum fidei nostra fit, quia carnem nostram uertit  
in spiritū, & efficit, ut unus simus spiritus cum Chri-  
sto, ut amplius non simus in carne, sed in spiritu, siqui-  
dem spiritus dei habitat in nobis. Si concedit (ut ne-  
gare non potest) quòd iustificamur fide dei & Chri-  
sti Iesu, iam unà concessit fidem ab æterno fuisse, &  
in æternum duraturam: quia summa & potissima uis  
& uirtus dei est fides, quæ à deo abesse non potest.  
Nam fidem à deo separare, est uerbum ueritatis at-  
que adeo ipsam ueritatem à deo separare, & æter-  
nam non esse confiteri. Si asserit & fatetur nos nostra  
humana & carnali fide iustificari, nō fide dei & Chri-  
sti Iesu, prout asserere & fateri uidetur, cum superi-  
us interrogat & sese interrogasse refert: an illa fides



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

dei, quam ab aeterno & perpetuam esse affirmo, eiusdē generis sit cum fide nostra iustificante: Tum rursus atq; iterum manifestissimus, ineptus & fanaticus haereticus, plane suo ipsius ore avtoratū est, totam scripturā cum toto Paulo pernegans & pervertens, qui constanter & perpetuo asserit, q̄ fides donum dei est: gratia enim servati sumus per fidē, idq; non ex nobis. Dei enim donum est, nō ex operibus, ne q̄s gloriatur, Ephe. ij. Cum vero tam insanus & ineptus nemo esse possit, qui affirmare ausus sit, q̄ iustificatio nobis nostris humanis & carnalibus uiribus contingit: ea propter in hoc secundo mēbro nō immorabimur, sed ad tertium membrum accedemus.

Si itaq; tertio Osiander concedit et fatetur, quē admodum ueritate uictus cōcedere & fateri cogitur, q̄ iusti simus et iustificemur coram deo, non solū dei & Christi Iesu, sed etiam nostra fide: quandoquidē necesse est, ut nos uerbo fidei, quod est Christus, credamus, & obediētes uerbo, charitatē praestemus, ut Christus cum tota plenitudine deitatis per unitrinā illam monarchiam fidē, carnē nostram uertat in spiritū. Vt quē admodum in Christo uerbum caro factum est, ita in nobis uerbū fidei fiat spiritus Christi, ut amplius nō simus in carne, in qua deo placere nō possumus,



sed in spiritu: siquidē spūs dei habitat in nobis. Nam si q̄s spiritum Christi nō habet, hic nō est eius, hic non est iustus, nec iustificatus, multoq̄ minus iustificandus et saluandus. Nam iustitia dei est, per fidē Iesu Christi in oēs et super oēs eos qui credunt. Omnes enim peccauerunt, et destituuntur gloria dei. Iustificantur autē gratis & p̄ illius gratiam, per redemptionē quæ est in Christo Iesu &c. ut Apostolus elegantissime & sanctissime loquitur Ro. iij. Præterea iustificati ex fide, pacē habemus ad deum per dominū nostrum Iesum Christum, Ro. v. Vt tandē nulla sit cōdemnatio his q̄ insiti sunt Christo Iesu, qui non secundum carnē, sed secundum spiritū uersantur. Nam lex spiritus uitæ per Iesum Christum nos liberos reddit à lege peccati & mortis: ut iustificatio legis impleatur in nobis, q̄ non secundum carnē uersamur, sed iuxta spiritum: ut caro moriatur, & corpus peccati aboleatur, atq̄ cum Christo crucifigatur: & ecōtra spiritus uiuificetur, & mortalia nostra corpora à morte spiritali excitentur, p̄pter sp̄m Christi inhabitantē: ut loquitur et testatur Apostolus de uera Christiana, nō ficta & simulata iustificatione et iustitia nostra Ro. viij. et viij.

Cum itaq̄ uerbum fidei abbreviatum, ab æterno increatum, in tempore in Christo incarnatum, in no-



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

bis fiat spūs. Nam cum uerbo dei, quod deus est, credimus & adhæremus, unus spūs efficimur. 1. Co. vi. atq; adeo unum corpus, quin potius unum & cōsummati in unum, Ro. xij. 1. Co. xij. Eph. iij. Iohan. xvij.

His sic deductis & cōfirmatis, ut lector planissime intelligere possit, quæ sit uera, genuina & deifica iustificatio, & quo pacto simus corā deo iusti & iustificandi. quæro nunc tandē aliquando ab Osiandro, Cuius beneficio, cuius dono, cuius spiritu fiat, & uerbo fidei, uerbo dei, quod est Christus, credimus? Hic, etiā si nolit Osiander, tamen orbe Christiano toto sic cogēte & cōsentiēte, cogetur dicere & fateri, quæuis cōtra seipsum, magno, miserabili & deslendo pudore, & Christi beneficio, dono & spū fiat et cōtingat nobis, ut credamus, quia fides donū diuinū est, et fors in templo dei acceptatissima, non ex operibus, ne q; gloriatur. Si itaq; beneficiū & donū dei est, deus aut largitur dona sua nobis p̄ Christum, q̄ est uerbū dei incarnatū, ut quæadmodū in filio dei uiuētis uerbum caro factum est, ita uerbū Christi in nobis fiat spūs & caro spūalis, ut simus in spiritu uno, in uerbo uno, unū corpus et unus spūs, ut clarissimis uerbis testatur Apostolus Ephesi. iij. & 1. Co. xij. quo postremo loco ait. Etenim p̄ unum spiritū nos oēs in unum corpus bapti-



RVM ANTICHRISTIANISMVS. ○

zati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi. Et subdit: Et oēs unum spūm hausimus. Hic nūc respōdeat Osiāder cū inuicta sua (ut ipse qdē opinatur) sophistica, aduersus quā credit ne inferiorū qdē portas praeualere posse: uerbū fidei, uerbū dei, ueritas æterna, Christus illiusq; spūs fuit ne ab æterno, nec ne? Fides uerbi, ueritas pmissionū, fides Christi euacuabitur nec ne? teste Paulo, quē suis horrēdis mēdacijs seruiētē fingit, & falsissime & impudētissime allegat. Nōne iā hic cogetur Osiāder oīa, q̄ cōtra clarissimū & æternū uerbū Christi Iesu saluatoris nostri foedissime mētītus ē & cōfinxit, corā toto orbe christiano reuocare? & se aut oīm ignorātissimū sacrarū literarū & christianæ fidei, q̄ hæc prima elementa ueræ fidei ignorauit, aut oīm hæreticorum pditissimum et obstinatissimum, q̄ tā clara & inuicta testimonia sacrosancti euāgelij agnoscere nō uelit cōfiteri? Negare p̄ se Elo nō poterit, sese uerū esse ἀντίδογος, fornicatorē spirituale, utinā nō etiā carnalē, cōtra uerbum ueritatis, uerum Antichristum crudelissimum atq; deterrimum hostē uerbi dei & filij dei uiuētis, atq; ueritatis æternæ & diuinæ, Cui æternitatē & diuinitatē adimere, in tempore coepisse, & aliquando abolendam & euacuandā esse adstruere conatur impius & sacrilegus.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Sed nihil agit miser & ter cæcus, Quia super omnia  
uincit ueritas. Et ut Iohannes testatur & scribit Ioh.  
ij. Omne mendacium ex ueritate non est, & mendax  
est qui negat IESVM esse Christum. Hic est  
Antichristus, qui negat patrem & filium. Quis-  
quis uero negat filium, is ne patrem quidem habet.

His uerbis pingitur Osiander ab Iohanne. Nam cū  
negat ueritatē uerbi et spiritum Christi ab æterno fu-  
isse, & asserit aliquādo fidē dei intermoriturā et eua-  
cuandā, nōne filium dei in uerbo suo negat? Qui autē  
filium negat, is ne patrē quidē habet: q̄ patrē & filium  
nō habet, quo pacto is spiritū sanctum habere potest?

Eat nunc Osiander, cum suis ignorantissimis, no-  
lo nunc sub spe melioris mentis & pœnitentiæ dicere  
improbissimis collegis, et sese magnos theologos esse  
fateantur, fortiter negantes, quod illis statim initio in  
faciē, presentibus etiam duobus senatoribus, tanta con-  
stantia, libertate & ueritate Norinbergæ dicere au-  
sus fui, Quod neq; quid uerbum, neq; qd fides, neq; qd  
charitas dei, quid lex fidei, quid crux, quid pœnitētia  
Christianorum sit, intelligerēt. Tantum abest, ut  
uocē dōs unitatis & unionis summum mysterium com-  
prehenderint. Nunc enim Christi ecclesia tota conte-  
stabitur unā mecum, & uerum me dixisse & dicere.



ORVM ANTICHRISTIANISMVS.

Sed audiamus nunc quartā argumentationem & probationem, (quāuis ex superioribus sua sponte omnia illius argumenta corruant atq; collabantur) qua euincere conatur, q; uerbum, fides & charitas nō sint unū, sicuti pater, filius et spiritus sanctus unum sunt. Et ait & infert: Verum etiamsi cōdonaremus, (quod absit tamen ut faciamus) uerbum fidem & charitatem esse unum, nondum tamen sequeretur, quod fides charitas & opera ideo simul & æque iustificarent. Nam pater filius & spiritus sanctus, uere & superexcellenter sunt unum. Et tamen deus pater generat deum filium, filius non generat deum. Ita etiam si fides & charitas uere essent unū, & tamen fides adhuc posset sola iustificare, sicuti pater solus generat: & charitas nō iustificare, sicuti filius nō generat. Hæc Osiandri argumentatio p̄ oīa similis est superiori, qua p̄ Danielis uisionem probare uoluit, quod recte diceretur: Sola fides iustificat, quia Daniel uidit uisionē solus. Sed quemadmodum illa futilis & plane stulta argumentatio & probatio fuit, sic hæc non solum nihil urget & probat, sed Osiandrum rursus atq; iterum magnæ & insignis ignorantie reum agit. Nam ut omit tamus breuitatis causa subtilitatem illā, quomodo & qua ratione deus ab æterno generet filiū, & quomo-

pp



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
do spiritus pcedat ab utroq; illud satis erit indicasse,  
q; aduersarius trinitatis diuinam unitatem & unionem  
altissime trinitatis impie scindit, & unitatem dei omni-  
potentissimam illam uirtutem segregat, scindit, diuidit  
atque dissipat, non intelligens, ut iam sepius dictum  
est, neque uerbum, neque uinitrini uerbi mysteri-  
um, multoq; minus arcanum diuine trinitatis. Illud ne-  
gare non potest, nam si negauerit, eadem opera totam  
scripturam negaturus est, quod deus pater filius &  
spus sanctus, in uerbo & in spiritu unum sunt: quia de-  
us uerbum est, & deus spus est, & q; pater & filius  
unum sunt, ut Christus ipse testatur: Ego & pater  
unum sumus, Iohan. x. Et q; in Christo inhabitat omnis  
plenitudo deitatis corporaliter, ad Col. ij. Hinc falso  
& blasphemio ore infert Osiander, separans diuinam  
unitatem & unionem corporis & spūs dei, qua creden-  
tes unum corpus & unus spūs efficiuntur cum deo, cū  
neget, q; filius est primogenitus inter multos fratres,  
Verbum dei æternum generat deum. Nam cum uere  
credentes unum sint corpus & unus spūs, atque adeo  
unum cum deo, Iohan. xviij. & regius psalmista dicat,  
Ego dixi, Dij estis & filij altissimi oēs: quod dictum  
postea citat Christus Io. x. inquit: Nonne scriptū  
est in lege uestra, Ego dixi, dij estis? Si illos dixit de-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

os, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scri-  
ptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum,  
uos dicitis me blasphemare, q̄a dixerim filius dei sum?  
Et princeps apostolorum asserit preciosa & maxima  
promissa nobis donata esse, ut per hæc efficeremur di-  
uinæ consortes naturæ, si refugerimus à corruptiōe,  
quæ est in mundo p̄ concupiscentiã. Et Exo. xij. Deus  
dicit ad Moysen: Ecce cōstitui te deū Pharaonis, &  
Aaron frater tuus erit tibi p̄pheta &c. Nunc cum  
hæc omnia per uerbum fidei, quod est **CHRIS-  
TUS**, fiant & gerantur, & uerbum dei quod  
est **CHRISTVS**, regenerat nos credentes  
per uerbum fidei in nouam creaturam, in sp̄alem ho-  
minem, ut amplius non simus in carne, sed in sp̄i, si qui-  
dem sp̄s dei habitat in nobis. Et adeo quidem, ut si-  
mus cum deo unus sp̄s, & in **CHRISTO** unum  
corpus, quin potius unum & consummati in unum, sic-  
ut pater & filius unum sunt, Io. xij. nempe filij Dei,  
hæredes dei, cohæredes & confratres Christi, dij &  
filij altissimi credentes omnes. Nōne uerbum Dei  
quod est Christus filius Dei uiuentis, generat & re-  
generat filios Dei?

Præterea, cum ista regeneratio non fiat, nisi per  
uerbum fidei, per uerbum Christi, quod est fides,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
uictoria & salus nostra: quo pacto Osiander defen-  
dere potest & asserere ausus est, quod filius non ge-  
nerat deum, cum per filium omnia facta sint, fiant &  
subsistant, generentur & regenerentur in caelo & in  
terra: et filius sit uerbum dei, quod caro factum est,  
et habitat & habitabit in nobis? Io. i. Verbum autem  
dei quod est Christus, clare testatur Io. iij. Quod ni-  
si quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non possit in-  
troire in regnum caelorum. Et quod natum est ex carne,  
caro est: quod uero natum est ex spiritu, spiritus est.

Huc accedit omni consolatione plenum dictum Pau-  
li ad Tit. iij. ubi de illa caelesti regeneratione inquit:  
At postquam bonitas & erga omnes homines amor ap-  
paruit seruatoris nostri dei, non ex operibus, quae sunt  
in iustitia, quae faciebamus nos, sed secundum suam mi-  
sericordiam saluos nos fecit per lauacrum regeneratio-  
nis ac renouationis spiritus sancti, quem effudit in  
nos opulente per Iesum Christum seruatore nostrum,  
ut iustificati illius gratia, haeredes efficeremur iuxta  
spem uitae aeternae: idubitatius sermo. Adde de hac im-  
mortali et aeterna regeneratiōe clarissimum et pulcher-  
rimum testimonium D. Petri i. ca. i. ubi inquit: Laudandus  
deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui iuxta  
copiosam suam misericordiam regenerauit nos in spem



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

uiuam, per hoc q̄ resurrexit Iesus Christus ex mortuis in hereditatem immortalē & incontaminabilem atq; immarcescibilem, cōseruatam in cælis erga uos, q̄ uirtute dei custodimini p̄ fidem ad salutem, quæ in hoc parata est, ut patefiat in tempore supremo. Et eodē loco paulo inferius ait: Renati nō ex semine mortali, sed ex immortalī per sermonem uiuentis dei et manentis in æternum.

His apertissimis & opulentissimis testimonijs nimirum uictus Osiander, cōcedet tandem: uerbum dei, quod est Christus, filius dei uiuentis, regenerare nos in spiritū dei, in filios & heredes dei, & coheredes Christi, in unum corpus Christi, in unum, sicut pater & filius unum sunt, ut simus dij & filij altissimi credentes oēs. Quod si concedet, ut negare nequaquā poterit, simul etiā miserabili ignorantie & inscitie cōfessione fateatur necesse est, q̄ sua tota argumētatio conciderit. Et q̄ firmum, ppetuum & inuictum per stet, Quod sicuti pater, filius et spiritus sanctus sunt in uerbo & in spiritu unū, q̄ sic etiam Verbum, fides et charitas dei in Christo, qui est uerbum fidei, uerbum dei, sunt unum. Nam uerbum dei, uerbū fidei est, quod est Christus: Verbum Christi, fides est, ueritas uerbi, æterna dei patris ueritas. Nam sine fide uerbum, nō



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

est uerbum dei: quia non est uerum, sed mendacium. Igitur non uerbum Christi, sed Antichristi; non dei, sed diaboli. Et quemadmodum uerbum Christi fides est, sic uerbum fidei charitas est: quia uerbum Christi nihil aliud præcipit, nisi charitatem. Præceptum nouum do uobis, inquit, ut diligatis uos mutuo. Præterea deus charitas est: qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Sicuti, qui manet in uerbo fidei, in deo manet, & uerbum fidei in eo, quia Christus uerbum fidei est. qui manet in uerbo fidei, in Christo manet & Christus in eo. Sicuti deus uerbum est, qui manet in uerbo, in deo manet, & deus in eo.

Ex his omnibus clarissime consequitur, uerbum fidem & charitatem dei, in Christo unum esse, & fidem monarcham & Lutherano more solam & solitariam non iustificare, sed fidem monarcham & unitrinam, quæ inseparabiliter penes sese habet & in se completitur uerbum & charitatem. Et quemadmodum recte & pie dicitur, Sola monarcha unitrina fides iustificat: sic etiam, solum monarchum uel monarchicum unitrinum uerbum iustificat. Quia  $\mu\acute{o}\nu\omicron\varsigma\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  solum uerbum solus deus est, qui iustificat impium. Sic pariter sancte pieque dicitur & docetur: Sola monarcha unitri-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

na charitas, quæ perpetuo penes se habet uerbum & fidem, iustificat. Quia deus solus est, & deus charitas est, & sola charitate, qua dilexit nos, iustificat nos. Et sola immensa dei charitas in causa est, quod uerbum fidem & charitatem dei habemus, & quod per unitrinum illud diuinum uerbum iustificamur, & in cognitionem dei suiq; amoris trahimur & ducimur. Nos enim diligimus eum, quia ipse prior dilexit nos. Hinc elegantissime Ioannes inquit i. Ioan. iij. Charissimi, diligamus nos inuicē, quia charitas ex deo est. Omnis q; diligit, ex deo natus est, & cognoscit deū. Qui nō diligit, nō nouit deū, quoniā deus charitas est. Et subiungit: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quod filium suum unigenitum misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. Et rursus addit: In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus deum, sed quod ipse dilexerit nos, & miserit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Hic unicus locus, si alia testimonia nō essent, satis abunde adstruit charitatem illam unitrinam iustificantem, & recte dici & doceri: Sola charitas iustificat, Quia deus est charitas, & solus est qui iustificat impium. Cælitus igitur datum & diuinitus inspiratum est, ut recte sanctēque dicamus & doceamus, τρισμὸν πῖσις, τρισμὸν χάρις, τρισμὸν σλόγ,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Vnitriua monarcha fides, Vnitriua monarcha charitas, Vnitriuum monarchicum uerbum iustificat. Sola fides, sola charitas, solum uerbum dei iustificat, est solum uictoria & triumphus noster, ut &  $\mu\acute{o}\nu\omicron\upsilon\pi$  particula sola sit  $\xi\theta\mu\acute{o}\nu\omicron\upsilon\pi$ , sicut diuina trinitas solitriua & unitriua est. Ut  $\mu\omicron\nu\acute{o}\nu\epsilon\varsigma$  unitas & unio sit uere in trinitate, et trinitas in unitate & unione: ut per unam solum legem Christi, quæ est,  $\mu\acute{o}\nu\omicron\upsilon\pi$   $\pi\acute{\iota}\sigma\theta\epsilon$ , unitas in trinitate, & trinitas in unitate credatur, comprehendatur atq; retineatur: ut tandem à uerbo Babel confusione, diuersitatis & discordiæ, à uerbo Antichristi, ad uerbum Christi in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum pfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi perueniamus, Ephe. iij.

Nunc intelligit nimirum Osiander cum suis collegis, q̄ inepta, ne dicam stulta & impia, sit illorum argumentatio & illatio, cum inquirunt: Etiam si fides & charitas uere essent unum, tamen adhuc fides possit sola iustificare, sicut pater solus generat: & charitas non iustificare, sicuti filius non generat. Nam cum hic nec maior nec minor propositio uera sit, nimirum conclusio falsa erit. Primum, Deus nunq̄ est solus, sed est solus trinus & unus, quia nunquam est sine filio, quem ab æterno sine prioritate temporis genuit, neq̄



sine spiritu sancto, qui ab utroque tam à patre quam à filio, ab aeterno sine prioritate temporis procedit. Ergo nunquam generat & creat solus, quia nunquam est neq; fuit μοναρχός & Lutherano more solus, quia sine filio & spiritu sancto nunquam est neq; fuit. Sed fuerunt ab aeterno in instanti simul absq; tēpore, in aeternum duraturi. Hinc etiam in creatione hominis loquitur deus in plurali numero, trinitatē personarum designās, ubi Gene. 1. inquit: F aciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostri. Solus igitur non generat neq; creat, quia solus nunquam est, sed monarcha seu rectius monotrarcha, trinus solus et unus. Ex quibus rursus fortissime contra aduersarium, tot modis peruersum, uere ἀποκατάγγρον, & plus q̄ cæcum in sacris literis, concluditur: q̄ sola monarcha Lutheranorum fides non iustificat, sed monarcha unitrina fides, uerbo & charitate ppetuo munita & comitata. Præterea inferitur, q̄ quemadmodum Lutherani castrauerunt & priuauerunt fidem uerbo & charitate, constituentes uere fidem monarcham: sic etiā nunc Osiander, plane οὐκ ἴστωσ, conatur deum patrem priuare filio & spiritu sancto, & asserere, q̄ deus aliquando fuerit monarchus Lutheranus, solus, solitarius, desertus, orbatus, absq; filio & spiritu sancto, hoc est, absque



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uerbo & charitate, absque æterna & prima mente, qua deus seipsum cognoscit, qua denique *νοῦς* gignit monada, & suum in se ardorem & amorem reflectit: cum deus omnia fecerit ppter semetipsum, quia intelligit sese nihil esse melius. Quam latissimus mihi hic daretur Ecclesiastas illos male ecclesiasticos ludendi & ridendi campus. Sed tam inepti & cæci sunt, ut commiseratione magis digni & docendi potius sint, q̄ ridendi.

Adde, q̄ uerbum loquentis, locutio est & quod loquitur, creatis creatio & quod creat, & facientis factio & quod factum est. Omnia per uerbum facta et creata sunt, & sine ipso factū est nihil. Et uerbum caro factum est, & habitabit in nobis. Et nullum ab æterno maius factum, q̄ uerbū caro factū. In factioe autē huius, *ἀλλὰ τὴν ἑνωσίδα*, per ueram unionem, unum sunt artifex & artificiiū eius, Vt uerbum ueritatis Christus ipse testatur: Ego et pater unum sumus. Et Io. viij. Christus ait se id esse quod loquitur nobis. Igitur est loquentis locutio & quod loquitur. Et cum ab uno uerbo, quod est deus, in & per Christum omnia facta sint, fiant & subsistant, generentur atq; regenerentur, ut superius copiosissime probatum est, quo pacto Osiander tam obcæcatus esse potest, & non intel-



ligat, quomodo uerbum generet uerbum, & uerbum a uerbo procedat? Et sicuti ab uno homine, omnes homines prodierunt: sic ab uno uerbo, quod est Christus, omnia uerba dei & sacrae scripturae. A uerbo autem opus dei, quia uerbum dei opus perfectum: quādoquidē quicquid factum est, a uerbo est. Hinc aeternū dei uerbū **CHRISTVS** ipse Ioan. xiiij. inquit: Verba quae ego loquor uobis, a meipso non loquor: pater autē in me manens, ipse facit opera. Credite mihi, & ego in patre sum, & pater in me. Alioqui propter ipsa facta credite mihi. Et Ioan. xv. inquit: Si manseritis in sermone meo, & uerba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis petetis, & fiet uobis. Quā igitur uerum est, quod omnia in caelo & in terra per uerbum facta et creata sunt: quā uerum est, quod spiritus generat spiritum, & quod caro & homo renascitur per spiritum in spiritualem hominem, adeo ut amplius in carne non sit, sed in spiritu: Tam uerum est, & uerbum generat, quin potius uerbum fidei, quod est **CHRISTVS** spiritus & ipse **CHRISTVS**, nihil generat nisi uerbum. Et quemadmodum pater filius & spiritus sanctus ab aeterno & in aeternū sunt unū simul absque prioritate temporis, sic uerbum fides & charitas ab aeterno & in aeternum sunt inseparabi-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

liter unum in Christo æterno dei uerbo. Nam sicut pater ab æterno genuit filium  $\delta\upsilon\ \lambda\omicron\tau\omicron\pi$ , primam mentē, primum illum intellectum, quo se cognoscit & cōtemplatur deus: sic uerbum ab æterno genuit & generat fidem, hoc est, ueritatem uerbi, sine qua uerbum dei nō esset neq; esse posset uerum, neq; posset cognosci uerum, ut Esai. as inquit: Nisi credideritis, non intelligetis. Nam æternæ ueritatis uerbum sine fide apprehēdi non potest, quæ apud Ecclesiasticum sic loquitur: Ego ex ore altissimi prodi primogenita ante omnē creaturam. Est itaq; fides primogenita uerbi dei, ab æterno increata, in tempore in Christo incarnata, quæ per uerbum, quod caro factum est, habitat & habitabit in nobis, per Christum dominum nostrum illiusq; omnipotentissimam fidem. Hinc tantæ & tam excellentes atq; deificæ uirtutes & cōmendationes fidei. Hinc fides est uictoria nostra, quæ uincit mundū, mortem, diabolū & infernū. Hinc omnia possibili sunt credenti, & nihil est impossibile fidem habenti, Mar. ix. Mat. xviij. Hanc altissimi uerbi dei filiam & primogenitā ante oēm creaturam, negat Osiander ab æterno fuisse, & facit & constituit monacham orbatam uerbo, ueluti patre, & charitate, ueluti spiritu sancto, & asserit aliquando euacuandam &



abolendam. Proh pudor, o cæcitatem execrandam, fluctuario, flagris, uerberibus, non uerbis solum, castigandam & emendandam. Utinam hic senatus & respu. Norinbergen. saperet, & alterum oculum, uel utrumq; potius aliquando aperiret, & perspiceret quid in tam blasphemio & temerario facto opus sit, cum Osiander agnitam ueritatem quæstus & ambitionis causa tam crudeliter pernegat. Eat nunc impius ille, & neget se esse antilogon & Antichristum, crudelissimum uerbi dei hostem.

Et sicuti spiritus sanctus pcedit ab æterno à patre & filio sine distinctione & prioritate temporis, sic charitas ab æterno inseparabiliter à uerbo et fide. Quandoquidem ubi uerbum & fides est, ibi certo & absq; dubio charitas est: sicuti ubi pater & filius est, ibi spiritus sanctus est. Præterea sicuti uerbo nihil credit nisi uerbum fidei, sic uerbum fidei nihil præcipit, nihil exigit, nisi charitatem, quæ est uinculum perfectionis, plenitudo, consummatio & finis legis. Adde q; Deus est charitas, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Et quemadmodum pater à filio, filius à patre, spiritus sanctus ab utroq; abesse nõ potest: sic neq; uerbum à fide, neq; fides à uerbo, neq; charitas ab utroque. Igitur in uerbo in spiritu & in Chri



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

sto unum sunt. Recte ergo pieq; dicitur & docetur,  
Sola monarcha unitrina charitas dei iustificat, mona-  
cha Lutheranorum fides non iustificat.

Sic habet nunc Osiander, quo sensu dixerim, q; uer-  
bum generet uerbum, quomodo uerbum dei sit unitri-  
num, non monachum, orbatum, solitarium, solum, sine  
spiritu Christi: Quam altissimum mysterium, tempo-  
ribus æternis tacitum, manifestatum uero nunc ad re-  
uelandum & iugulandum Antichristum, & ad clari-  
ficandum & illustrandum nomen Christi, in euange-  
lio illo sacrosancto Ioannis, in quo ter repetitum uer-  
bum est, lateat & absconditum sit, cum inquit: In prin-  
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & de-  
us erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum.  
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est  
nihil &c. Et quod tandem subiungit: Et uerbum caro  
factum est, & habitabit in nobis.

Nunc itaq; illud unitrinum & ter repetitum uer-  
bum, cum toto euangelio Ioannis alioqui obscurissimo  
& in mysterio abscondito, clarissime intelligi potest.  
Ut merito lux lunæ luceat, sicut lux solis, & lux solis  
septemplex. Concurrunt enim septem mysteria, ue-  
luti septem quædam diuina, septenarij numeri arcani  
tanquam septem lampades ante thronum domini, ad il-



◊ RVM ANTI CHRISTIANISMVS. ◊

Illustrationem nominis Christi: nempe, pater filius & spiritus sanctus, Verbum fides & charitas. Huic geminae trinitati accedit unus & monarcha Christus, geminam illam trinitatem consocians & coniungens, & septem spiritus dei, de quibus Esaiæ xi. facilius comprehendere & à deo impetrare possimus, nempe spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum cōsiliij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, & spiritum timoris domini. Nam si his septem spiritibus cælestibus & donis ecclesia dei illustrata & illuminata fuerit, tunc uere erit noua Hierusalem ciuitas dei sancta, quã Ioannes uidit descendētem de caelo, tanq̃ sponsam ornata uero suo. Et splendet lux luna, hoc est, ecclesia & noua illius Hierusalem, sicut lux solis, qui est Christus. Et lux solis, hoc est, uerbū Christi & uerbū fidei, quæ uera lux est, quæ illuminat oēm hominē ueniētē in hūc mūdū, septēpliciter in mysterio *Edomus*.

Nunc superest postremo, ut Ostandro tam sua uiter ridenti & in sophistica sua delicianti, ad questionem, qua credit se funditus doctrinam nostram euertisse, respondere. Quæ tamen profecto risu magis (si modò in re tam sacra & seria ridere & ludere licet) quàm confutatione digna est, præsertim cū ex superioribus adductis, cū magna et ingēti aduersarij



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

& calumniatoris infamia & dedecore, facile dilui & funditus euerti possit. Sic itaque argumentatur uel cauillatur potius & blasphematur Osiander, inquit: Quauis pater, filius & spūs sanctus sint unum, tamē solus filius est incarnatus, non pater & spiritus sanctus. Ergo etiam si fides & charitas essent unum, adhuc tamen sola fides iustificare posset, & charitas nō iustificare. Non ualet igitur consequentia tua. Imō uero maxime ualet Osiander: Quandoquidem uerbum fides & charitas sunt unū, Ergo uerbum dei & charitas aequē iustificant atque fides. Quia haec tria diuina & caelitus inspirata uerba, sunt in Christo in unitrino illo uerbo dei unum, unum corpus spirituale, quo caro nostra uertitur in spiritum, ut amplius nō simus in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei in unitrino illo uerbo inhabitat in nobis. Et unitrinum illud uerbum, ut in Christo caro factum est, sic in nobis fit spiritus, ut spiritus Christi carnem nostram uertat & regeneret in spiritum. Quapropter hic rursus nihil omnino agit aduersarius, nisi q̄ magnam suam & singularem cæcitatem & scripturæ sacrae inscitiam (taceo nunc de impietate) traducit, & toti orbi Christiano, si aliās fuisset incognita, prodit et manifestat. Et primo quidem, q̄ mysterium di. uinū os unionis, unita



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

tis & trinitatis diuinae prorsus ignorat. Secundo, & aut caeca ignorantia, aut (quod magis credo) inaudita sophistica & mentiendi libidine & plane diabolico astu, æquiuocat hæc uerba: Solus, sola, solum. Tertio, & cum magna blasphemia, sicuti fidem facit monacham solam & solitariam iustificantem, saluantem, uincantem, triumphantem, uitam æternam largientem: interim tamen temporariam & in tempore cœpisse. Et aliquando cum omnibus promissionibus, quas apprehendere & retinere debet, plus quàm epicureo more interituram & morituram asserens: Sic etiam facit et asserit Christum Iesum, filium dei uiuentem, & ab æterno cum patre regnantem, *ὁμοῦς τῷ πατρί*, eiusdem essentiae & substantiæ cum patre, esse monachum, solum, solitarium, sine patre & spiritu sancto incarnatum. Nam cum asserit & ait, Solus filius fuit incarnatus, nõ pater & spiritus sanctus: nõne hoc est unitatem dei & uerbi, imò ipsam deitatem in Christo negare? & dicere impie in corde suo, Non est deus, non est dei filius, nõ est Christus? Præterea nõne hoc est cõtradicere toti scripturæ & Christi ecclesiæ, in primis aut Pauli uerbis, qui inquit ad Colos. ij. q. in Christo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, Et ij. Co. v. q. deus erat in Christo? Et quid clarius



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

ipsiusmet Christi testimonio, in responso nostro theodidactico (quod aduersarius plane ὄνος λόγος ausus est appellare a suo ipsius effectu & officio λογοςιδιαιτης κὸρ, cum ipse plane sit plus quàm λογοςιδιαιτης) adducto reperiri potest, ubi Christus Ioan. xiiij. inquit: Ego sum uia, ueritas & uita, Nemo uenit ad patrem nisi per me, Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, et nūc cognoscitis eū, et uidistis eū? Et deinceps urgēte Philippo, ut ostenderet patrē, ait: Philippe, tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit & patrem: & quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis, quod ego in patre sum, & pater in me? Ioan. x. inquit rursus CHRISTVS de se & patre suo loquens: Ego & pater unum sumus.

Cum itaq; infert & concludit Osiander, quod filius fuerit incarnatus, non pater & spiritus sanctus, nonne indissolubilem & inseparabilem unitatem dei & diuinae trinitatis scindit, dissipat, uiolat, & blasphemus dicit in corde suo: Deus non est unus? homo Iesus Christus, dei atque hominum mediator & conciliator non est unus? sed alius & diuersus, nempe ipsissimus Antichristus, quem colit & docet Ca



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

cosander, non iam dignus ut appelletur Osiander,  
 horribilem comminationem & maledictionem, quam  
 CHRISTVS Ioan. v. detonat, in se prouocans,  
 ubi inquit: Gloriam & claritatem ab hominibus non  
 accipio, sed cognoui uos, quod dilectionem dei non ha-  
 beat in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, nec re-  
 cipitis me: Si alius, scilicet Antichristus, uenerit in  
 nomine suo, illum recipietis. Hic plane CHRIS-  
 TVS ipse suos Antichristos & illius ministros  
 & præcones depingit, qui non solum dilectionem dei  
 ipsi non habent, & CHRISTVM in patris  
 nomine uenientem non recipiunt, sed alios etiam à ue-  
 ra charitate & dilectione dei, ab ipso CHRIS-  
 TIVO, qui nihil est, quàm incarnata charitas & lex  
 dei in carne nostra inscripta, abducentes, cum dicunt  
 & docent: Sola fides iustificat, charitas non iustifi-  
 cat: Solum CHRISTVS est incarnatus,  
 Verbum dei quod est deus, non est incarnatum. De-  
 us pater & spiritus sanctus non est in CHRIS-  
 TIVO incarnatus. Et tamen inanibus, falsis, fictis  
 & simulatis uerbis dicunt interim, & uerum dicendo  
 mentiuntur, & mētientes uerū dicūt inuiti & ignoran-  
 tes, asserētes patrē, filiū & spūm sanctū, unū esse. Et  
 id quidē uerbis interim inaniter p̄ficiētur, & re negāt,



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

ne palam ab omnibus & ipso imperito vulgo impietatis & blasphemiae arguatur. Possunt ne quæso nunc Ecclesiastæ illi toties blasphemii, quod uerbo in scripto illo suo fuderunt, negare, quod unitatem dei, unitatem diuinæ trinitatis, unitatem uerbi, unitatē fidei, unitatem spiritus, unitatem corporis Christi, unitatē ecclesiæ (quam tam crudeliter & impie sciderunt atque uiolarunt) prorsus ignorarunt? Non possunt profecto infictari unquam. Nisi manū & chirographum, quo epistolam, qua mihi respondetur, subscripserunt, negare, ac sese mihi nunquā respondiſſe aſſerere uelint. Aſſeruatur & custoditur epistola illa, qua conuenit, diligentia & cura, ut in concilio generali aliquando tandem futuro, integra & perfecta exhiberi poſſit.

Scriptura tota non solum docet, sed clamat et detonat unitatem, unionem uerbi fidei, spiritus, corpus Christi & ecclesiæ, toties & tam sæpe, ut magni miraculi uice sit, quod aduersarij illi non mei, sed Christi illiusque uerbi, cum tota schola Lutheranorum tam cæci fuerint, & quod uidentibus oculis non uiderint, neque animaduertent mysteriū  $\text{ἡ ἁριστεία τῆς ἁποστολικῆς ἐκκλησίας}$  unitatis & unionis diuinæ, toties in scripturis repetitum & inculcatū.

Moyses Deut. vi. (ut paulo superius locus hic quo quod inductus est) clamat, ueluti cupiens populum Isra-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

eliticū à graui somno exuscitare, ut intelligat tandem  
 unitatem dei & deum esse unum & solum, & inquit:  
 Audi Israel: Dominus deus noster, dominus unus  
 est. Et statim inferius eodem loco: Dominum deum tu  
 um timebis, & illi soli seruias. Hic Moyses deum &  
 unum & solum appellat. Quoties Apostolus Rom.  
 v. mysterij unitatis meminit, cum unum Adam toties  
 cum uno Christo confert & comparat, asserens per  
 unum intrasse peccatum & mortem, item per unum iu  
 stificationem & uitam, per unius delictum propaga  
 tum esse malum in omnes homines ad cōdemnationem.  
 E contra per unius iustificationem propagatum esse  
 bonum in omnes homines ad iustificationem uitæ: Per  
 unius inobedientiam nos esse peccatores, & per uni  
 us obedientiam iustos. Similiter ad Ephesi. iij. nonne  
 Apostolus elegāter expressit mysterium  $\epsilon\delta\iota\mu\omega\upsilon\delta\delta\epsilon\sigma$   
 unitatis & unionis, ueluti dehortans nos à pernicioſa  
 seclorum discordia, in qua nunc ecclesia cōstituta est?  
 Iubet nos esse debere tolerantes inuicem per charita  
 tem, & seruare unitatem spiritus per uinculum pacis,  
 ut simus unum corpus & unus spiritus, quēadmodum  
 uocati sumus in una spe uocationis nostræ. Inferēs unū  
 esse dominum, unam fidem, unum baptisma, unum de  
 um atque patrem omnium nostrum, qui est super omnia



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO;

Et per omnia et in omnibus nobis. Deinde, ad Timotheo. ij. magnifice testatur Apostolus, quod nos huic diuinae unitati uniamur, et unum corpus et unus spiritus per Christum efficiamur, ubi inquit: Deus uult omnes homines saluos fieri, et ad cognitionem ueritatis uenire, subiungens: Unus enim deus, unus etiam conciliator dei atque hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis, in quod positus sum ego praeco et apostolus. Veritatem dico in Christo, non mentior. 1. Co. xj. docet, quo pacto debeamus inseri unitati diuinae, et retinere unionem illam caelestem, et inquit: Qui adheret deo, unus spiritus est. Haec omnia diuina mysteria, quin potius prima elementa et fundamenta sacrae scripturae omnia ignorat Oslander, cum toto suo impio collegio ecclesiarum, si saltim hoc nomine interim digni sunt, cum tam crudeliter unitatem ecclesiae Christi persequantur, scindant atque uiolent. Ignorantes aut inaudito dolo mysterium et uocatum et ignorare uolentes, et non solum indissolubilem diuinae trinitatis unitatem uiolantes, sed etiam quo pacto nos puritatem uerbi et fidei, diuinae illi triadi uniamur, quod unum corpus et unus spiritus, atque adeo unum cum deo patre filio et spiritu sancto in Christo illiusque uerbo est



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ficiamur, non intelligentes, & unionis certissimam consolationem obscurantes, quam Christus nobis promittit, & in æternum perire non possumus, nec quisquam nos de manu patris CHRISTI IESU rapere ualeat, Quia pater maior omnibus est, & de manu patris rapere nos nemo potest, præsertim cum pater & filius unum sunt, & nos cum Christo unum corpus & unus spiritus atque adeo unum sumus.

Has tamen ueras, firmas, & aduersus mundum, mortem, diabolum & inferorum portas inuictas promissiones: Irritas, inanes, incertas & prorsus dubias facit & cõstituit Ostander, cum asserit fidem ab æterno non fuisse, neque in æternum duraturam, in tempore cõpisse, & aliquando tandem etiam euacuandam atq; irritandam esse. Ter impie & crudeliter asserens, maiorẽ blasphemiam excogitari non posse, q̃ dicere & docere, Deum cum creatura sua esse unum, sicuti pater filius & sp̃s sanctus unum sunt. Tanq̃ uero Christus non fuerit & homo & deus, creatura & creator: & nos creaturæ credentes, & spiritum Christi habentes, non simus unum corpus & unus spiritus, quinpotius unũ cum Christo & in Christo, contra tam claras inuolabiles scripturas, & contra consensum totius ecclesiæ Christi.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Hic posset rursus crudeliter impia insultatio & interrogatio Osiandri in autorem & assertorem, uel desertorem uerbi ueritatis potius, conuerti, cum ait: Quæ autem maior blasphemia excogitari potest, quæ deum cum opere suo & creatura esse unum, sicut pater, filius & spiritus sanctus unum sunt? Vt nunc sic inuertatur insultatio & rogatio in blasphemantem autorem, & dicatur: Quæ autem maior blasphemia esse excogitari potest, quæ dicere, Deum cum opere suo & creatura credente, uerbum, fidem & charitatem habente, in Christo non esse unum, sicut pater, filius & spiritus sanctus unum sunt? cum tota scriptura unanimiter in perpetuam unitatem uerbi & fidei consentiat, oēs uere credentes, esse cum Christo unum corpus & unum spiritum, imò unum & consummatos in unum, Iohā. xvij.

His ignorantia & cæcitatibus uel obstinata potius malitiæ nebulis semel conceptis, pergit impie asserere, quod solus pater generat deum, quod filius & spiritus sanctus non generant deum, scindens & uiolans diuinam unitatem & unitrinam illam deitatem. Tanquam uero in conceptione Christi, cum deus incarnatus est, dictum non sit uirgini matri: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et præterea cum constet & inficiari nullo modo possit, quod de-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

us nunq̄ est Lutherano more solus monachus et solitari-  
 rius, sed unus solus & trinus. Et quod deus pater  
 nunq̄ est absq̄ filio & spiritu sancto, sed est ab æter-  
 no & in æternum trinus, solus et unus, & hi tres unum  
 sunt, ut inquit Iohannes 1. cap. v. quæadmodum uerbum,  
 fides & charitas in Christo, in uerbo, in spiritu unum  
 sunt. Quandoquidem uerbum dei Christus est, uerbum  
 Christi fides æterna dei ueritas, quæ ex ore altissimi  
 prodijt, primogenita ante omnẽ creaturam. Uerbum  
 autem fidei, charitas est: quia uerbum fidei, quod est  
 Christus, nihil præcipit nisi charitatem, ut iam sæpi-  
 us dictum est, & semper dicendum & inculcandũ est.  
 Ergo hæc tria diuina et cælestia uerba in uerbo fidei,  
 quod est Christus, unum sunt, ut superius quoq̄ dedu-  
 ctum est.

His iactis rursus atque recollectis fundamentis,  
 Argumentatio Osiandrina, qua asserit Christum  
 solum incarnatum, patrem & sp̄m sanctum non esse  
 incarnatum, sua sponte, uel me tacente, cum deslenda  
 & perpetua illius ignominia corruit. Et fit illius rui-  
 na magna, Quia super arenam & Babel, uerbum con-  
 fusionis & diuersitatis, non super petram, neq̄ super  
 fundamentum apostolorum & prophetarum, summo  
 angulari lapide, qui est Christus Iesus, uerum unita-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

tis uerbum, constructa est. Nam deus pater & deus spiritus sanctus nunquam est nec esse potest solus, monachus Lutheranus, solitarius, orbatus filio sine uerbo fide & charitate: quia diuina illa & præcipua uirtutes dei, & hypostases cælestis essentia, nunquam à deo abesse possunt: quia si deus esset sine uerbo fide et charitate, deus non esset. Nam sine uerbo & fide uerax uon esset, sine charitate bonus, clemens misericors non esset: quod sane impium est non solum dicere, sed etiam cogitare. Præterea cum filius dei uiuentis, dominus noster Iesus Christus, cum patre & spiritu sancto coæternus, <sup>ὁμοούσιος</sup> eiusdem essentia & substantia in trinitate unus sit, atque adeo unum: quia tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, uerbum & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt, 1. Ioan. v. eō sequitur necessario & irrefragabiliter, quod quemadmodum deus pater & deus spiritus sanctus solus, monachus Lutheranus, solitarius, orbatus & priuatus filio suo unigenito & primogenito uiuentium & mortuorum, nunquam est, nec esse potest, quod sic etiam filius dei uiuentis, Lutheranus monachus, solitarius, orbatus & priuatus patre & spiritu sancto, nunquam est nec esse potest. Quia hi tres unum sunt, coæterni, <sup>ὁμοούσιοι</sup> consubstantiales & essentiales, ab æterno in



◊ RVM ANTICHRISTIANISMVS. ◊

æternum. Si itaq; filius solus & solitarius sine patre  
 & spiritu sancto non est, nec esse quidem potest, igitur  
 nec solus quidem incarnatus est: quia sine patre  
 & spiritu sancto & absq; diuina illa & æterna uir-  
 tute esse & abesse non potest: quia pater filius & spi-  
 ritus sanctus unum sunt, & pater absq; filio, & filius  
 absq; patre, & spiritus sanctus ab utroq; esse & ab-  
 esse nunquam potest: quia pater est in filio, & filius  
 in patre, & spiritus sanctus in utroq;, ut testatur uer-  
 bum ueritatis & unitatis Christus ipse Ioan. xiiij. ut  
 superius latius deduximus. Et sicuti ista omnia recte  
 & sancte dicuntur de diuina illa & cælesti trinitate,  
 sic etiã de unitrino uerbo. Nã sicuti pater filius & spi-  
 ritus sanctus unũ sunt, & pater sine filio, et filius sine  
 patre & spũs sanctus sine utroq;, & uterq;, tã pater  
 q; filius, sine spũ sancto esse nõ põt, ita etiã uerbũ fi-  
 des charitas, unum sunt, & uerbum sine fide, & fides  
 sine uerbo, & charitas sine utroque, & uerbũ & fi-  
 des iustificãs sine charitate esse non potest. Et quã-  
 uis insolẽs et insuetum sit, ut dicamus aut doceamus, q;  
 pater aut spũs sanctus sit incarnatus: tamẽ certum &  
 indubitãtũ ẽ, q; pater & spũs sanctus in Christo sunt,  
 et in Christo et in uerbo dei incarnati sunt, quãdoq; dẽ in  
 Christo inhabitat tota plenitudo deitatis corporaliter: et



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,  
uerbum dei, quod caro factum est, habitabit in nobis.  
Hinc Christus solus monachus & Lutheranus, incar-  
natus non est, neq; hoc casu ullo modo Lutheranus es-  
se uult neq; potest, quia non uult esse monachus solus  
& solitarius. Hinc toties deprecatur & abhorret  
(ueluti prædicens & prænuncians sectam Luthera-  
norum solam monacham aliquando futuram) esse &  
appellari solus, adeo ut seipsum de hoc nomine loquen-  
tem corrigat atq; emendet, & solus esse uideri & ap-  
pellari non uelit. Ioan. xvi. inquit: Ecce instat tempus  
& iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in sua, meq;  
solum relinquatis, & tamen non sum solus. Et addit  
rationem, quam toties Lutheranis inculco & prædi-  
co, & ait: Non sum solus, quia pater mecum est. Ec-  
ce hic Christus, (sicut olim Helias solus) ab omni-  
bus relictus erat, & tamen non uult esse solus, quia  
contra suam diuinam naturam essentiam & proprie-  
tatem est & pugnat, q; sit solus, q; sit monachus, q; sit  
Lutheranus, q; sit sine patre & spū sancto, sine uer-  
bo fide & charitate, quæ illius maximæ & proprie  
diuinæ sunt uirtutes, quibus cognoscitur, diligitur &  
colitur. Sed ecclesiastæ fortasse cum tam numerosa  
Lutheranorum secta & schola, unico loco scripturæ  
non credent, q; filius dei uiuentis Iesus Christus (pro



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

pterea q̄ eum tam crudeliter in uerbo suo flagellant,  
irridēt, spinis & sophistica sua plus q̄ spinosa & tor-  
tuosa corona coronant, blasphemant, crucifigunt, &  
quantum in illis est occidunt, sepeliunt, extinguunt  
non uelit esse Lutheranus, monachus, solus, solitari-  
us: nisi uideant aliud testimonium, ueluti secundum &  
alterum testem, ut in testimonio duorum stet omne uer-  
bum. Nam testimonium unius, est testimonium nulli-  
us. Ea propter addemus & alium testem non uulga-  
rem, sed ipsummet Christum ueritatis æternum ueris-  
simum & constantissimum testem, q̄ non uelit nec pos-  
sit ullo modo esse Lutheranus monachus solus, solita-  
rius, sine patre & spiritu sancto. Ad quod sane in-  
stitutum Christus rursus atq̄ iterū allegat, quod ego  
tam sedulo Lutheranis hæcenus prædico, & quan-  
tum possum clamo. Sic enim deprecatur saluator no-  
ster monachismum & Lutherismum à sese Ioan. viij.  
ueluti Lutheranis monacham illam & carnalem sine  
uerbo & fide fidem exprobrans, & Lutheranos atq̄  
ecclesiastas meos, in uerbo fide & charitate tanto pe-  
re dilectos alloquens, inquit: Vos secundum carnem iu-  
dicatis, ego non iudico quenquam. Porro etsi iudicē  
ego, iudicium meum uerum est, quia solus non sum, sed  
ego & qui misit me pater. Quin & in lege uestra scri-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

ptum est, quòd duorum testimonium uerum est. Ego sum, qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me, qui misit me pater. Dicebant ergo tum Iudaei & nunc Lutherani, Vbi est pater tuus, cum tu solus sis incarnatus, non pater & spiritus sanctus? Respondit IESVS uno eodemq; responso, ut olim Iudaeis, ita nunc Lutheranis & Ecclesiasticis Norimbergen. & ait: Neque me nouistis, neque patrem. Si nouissetis me, & patrem meum nouissetis. Ecce hic habent Lutherani duo clarissima testimonia, non alicuius angeli, non prophetae, nõ apostoli, sed ipsius met Christi, q; solus non sit incarnatus Christus, quòd solus non iustificet, q; illius omnipotentissima fides, quae ex ore patris sui altissimi prodijt, primogenita ante omnem creaturam, sola & monacha non iustificet, sed monarcha sola unitrina.

Præterea, q; neque pater, neque filius, neque spiritus sanctus solus, monachus & Lutheranus sit nec esse uelit nec possit. Et quemadmodum Ostander odibili sua sophisticata efficere & probare non potuit, q; Daniel propheta fuerit Lutheranus, aut q; Lutheranorum scandalosam & impiam locutionem, qua asserunt: sola monacha fides iustificat, unquam probarit,



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

quamvis uiderit uisionem solus, monachus & solitari-  
us: ita multo minus Ostander etiam ipso Archisyn-  
agogo Martino Luth. & tota Lutheranorum scho-  
la adiuuante, probare unquam poterit, & aut pater,  
aut filius, aut spiritus sanctus sit solus, monachus Lu-  
theranus, diuinae trinitatis mysterio orbatus & pri-  
uatus.

Ex quibus omnibus clarissime consequitur, & neque  
pater generat solus, neque filius solus fuit incarna-  
tus. Et sicuti insolens & insuetum quidem est, ut dica-  
mus, Pater aut spiritus sanctus est incarnatus: ita etiã  
insolens & insuetum est, ut dicamus, & solus filius fuit  
incarnatus. Si autem spiritum sanctum & patrem ab  
incarnatione Christi excludere uolumus, quemadmo-  
dum excludit hic Ostander, & asserit, & solus filius fu-  
it incarnatus, & quod pater & spūs sanctus non fue-  
rint incarnati: tunc non solum insolens & insuetum est,  
sed plane hæreticum atque impium, quia in Christo  
inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter: Ideo  
solus non est incarnatus, quia solus nunquam est, nec  
esse potest. Quia pater, filius & spiritus sanctus unū  
sunt, sicuti uerbum, fides & charitas unum sunt. Et  
quemadmodum sola monacha Lutherana fides non  
iustificat, sic solus solitarius monachus Luthe-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

ranus filius dei, nõ fuit incarnatus: sicuti fides sola monarcha Lutheranorum carnem nostram non uertit in spiritum, neque iustificat sola, sed sola monarcha & unitrina. Constat itaque sancte & pie dici, Sola monarcha unitrina charitas iustificat, sicut sola monarcha unitrina fides iustificat, sicut etiam solum monarchicum unitrinum uerbum iustificat.

Eat nunc Osiander cum collegis suis, & sua bilingui & trilingui eruditione, & fateatur sese esse magnum theologum, exquisita sacrarum scripturarũ & bonarum literarum omnigena scientia & doctrina instructum, tanta superbia & fastu, ut quod sibi magno supercilio sumit, mihi non solum adimat, sed etiam communem sensum detrahat, ut omnino nesciam illius sophisticam intelligere, nec satis sentiam, uincam ne an uincar, uictus ne an uictor discedam. Ego plane fateor me nihil scire, neque gloriari posse, nisi in uerbo, fide & charitate Christi Iesu, illiusq; cruce, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, per quã de nique mihi caro mea crucifixa est, & ego carni. Et libere ac libenter cum Apostolo Paulo 1. Co. viij. confiteor & confirmo, q̄ scientia inflat, charitas uero edificat. Quod si quis sibi uidetur aliquid scire, nondum quicq̄ nouit, quemadmodum oporteat scire. At si q̄



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

diligit deum, hic cognitus est ab illo. Hinc nihil scire,  
omnia scire est, ut Tertullianus testatur. Et Socra-  
ticum illud: Hoc unum scio, quod nescio. Oportet ita-  
que omnem scientiam & eruditionē Christo illiusq̄  
uerbo diuino transcribere, & dare gloriam deo, ne  
frustremur per cogitationes nostras, & obtenebre-  
tur inscitia cor nostrum, ut cum credimus nos esse sa-  
pientes, stulti fiamus, iuxta Apostolum Rom. 1. ubi  
inquit: Cum se crederent esse sapiētes, stulti facti sunt,  
mutaueruntq̄ gloriam immortalis dei & æterni uer-  
bi καὶ τὸ λόγος Christi Iesu, non solum per imaginem  
τὸ εἰκόνος, uerum etiam Antichristi. Eapropter ad-  
hortor nunc tandem ecclesiastas Norinbergen in pri-  
mis tamen Osiandrum, & obtestor per dilectionem  
spiritus, per uerbum, fidem & charitatem Iesu Chri-  
sti, ut posito supercilio & fastu, confiteantur tandem  
peccata & errores suos, & deinceps obtemperent  
Apostolo ad Gala. vi. docenti & fideliter suaden-  
ti, ubi ait: Inuicem alij aliorum onera portate, & sic  
complete legem Christi. Et subiungit grauissimā sen-  
tentiam Apostolus, inquit: Nam si quis sibi uide-  
tur aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animum.  
Opus autem suum probet unusquisq̄, & tunc in semet  
ipso tantum gloriationem habebit, & non in alio.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Vnusquisque enim propriam sarcinam baiulabit. Et pergit adhortari nos Apostolus, quomodo in docendo uerbo et catechizandis alijs nos gerere debeamus, & inquit: Communicet autem, q catechizatur sermone, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Huic grauiſſimo dicto Apostoli, si Osiander cum suis collegis obtemperasset, hac tam acri & acerba reprehensione & catechismo, quamuis admodū necessario, carere potuissent. Nempe si posito supercilio, sermone & uerbo ueritatis à me Norinbergæ catechizati, uicissim sermone & uerbo ueritatis & unitatis, non mendacij & Babel, scienter & prudenter contendere uoluissent: memores saltem tã fraternæ admonitionis, quã in fine epistolæ nostræ adiecimus, tanto studio dehortantes ecclesiastas ab odibili & deo & hominibus inuisa sophistica, allegantes apposite illud Eccle. xxxvij. Vbi inquit: Qui sophisticè loquitur, odibilis est, & in omni re defraudabitur. Non enim illi data est à Domino grãtia, omni enim sapientia defraudatus est. Huic unico dicto si obtemperasset, et animum attendissent, hac tota molestia & perpetua infamia, qua seipſos coram toto orbe Christiano traducunt, & deridendos propinant, carere, meq; hoc reſpondendi labore & fastidio leuare potuissent.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Sed præstabat fortassis, diuino & prudentissimi  
mo consilio dei corda illorum indurari, obcæcari, &  
hoc pacto contra uerbum CHRISTI sophisti-  
cari, ut CHRISTVS ostenderet in mini-  
stris Antichristi (in clarissima totius Germaniæ  
urbe & Repub. quæ ueluti in sublimi specula posita,  
reliquis omnibus Lutheranis exemplum celeris pœni-  
tentia statueret) potentiam uerbi sui, & ut iugulare-  
tur Antichristus non solum in Germania, sed & in  
tota Repub. Christiana, & ut annunciaretur nomen  
CHRISTI in tota terra. Quod faxit Chri-  
stus in omnipotentia uerbi sui, Amen.

QUARTVM & postremum caput Osi-  
andrismi & Lutheranorum Antichristia-  
nismi, quo etiam Osiander a Lutherismo, ut  
olim Paulus a Iudaismo ad Christianismum  
uolenter & admirabiliter reuocatur & con-  
uertitur,



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

**N**unc postremo tempus est, ut tandem aliquando cum Osiandro nostro suisque collegis, ad totius negocij caput, ut ipse quidem appellat, accedamus: quo sane adstruit, quod opera non iustificat. Et quamvis superioribus membris, a quibus totum corpus doctrinae Lutheranae & Antichristianicae dependet, truncatis & iugulatis, caput hoc ipsum uiuere non possit, quin potius iam dudum una cum membris confectum & iugulatum sit, adeo quod ad huius negocij caput respondere magnopere opus non est, praesertim cum ex aula Moguntina, reddita epistola Ecclesiarum, ad hunc scopum statim responderimus, & tam efficaciter & fortiter quidem, ut Osiander cum suis collegis nunc multis mensibus potentia uerbi perstrictus & territus, turpiter tacere coactus sit. Et quemadmodum D. apostolus Paulus olim ad caelestem illam suam atque uiolentam uocationem, lumine & claritate Christi illiusque gloria, supra splendorem solis, illum caelitus circumfulgente, nimia fulgoris & luminis excellentia & exuberantia caecus effectus est, ubi dictum fuerat: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ita nimirum nunc Osiandrum scripto illo Moguntino & hac nostra apologia, tanta clari-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

tas, splendor & gloria uerbi dei, & tanta uehemen-  
 tia luminis illius, quod illuminat omnem hominem ue-  
 nientem in hunc mundum, supra splendorem solis se-  
 ptemplaciter splendescens subito circumfulsit, & in  
 terram deiecit aduersarium illum nostrum, ut non so-  
 lum (ut olim Apostolus) cæcus, sed etiam plane mu-  
 tus effectus sit, & nunc per me à duplici malo sanan-  
 dus, restituendus & in clamandus ueniat, ut dicere et  
 exclamare necessum habeam: Cacosander cacosan-  
 der, iam non Osiander, quod me persequeris? Durum  
 est tibi contra stimulum calcitrare. Quod si mihi ille  
 nomine Christi ut olim Paulus Christo responderit  
 ac dicat: Domine quis es tu? Tum ego uicissim respō-  
 debo: Ego sum Christi Iesu, illiusq; unitatis & uni-  
 trini uerbi, quod nunc calitus demissum, manifesta-  
 tum & illustratum est, minister, quod tu Cacosan-  
 der persequeris, & cōfiteri non uis. Sed adiuro te per  
 nomē Iesu Christi, πῦρ φοβῶ, μέγαν πισθῶν. ἐνδὲ δὲ ὄσι χρεῖα.  
 Græce enim (ὄσιος ἀνὴρ, Osiander græcogermanus san-  
 ctificandus magis cum sis quam sanctus uir) uere à  
 me catechizandus es. At hoc enim apparui tibi, ut  
 constituam te ministrum ac testem eorum quæ No-  
 rinbergæ uidisti, & ex Moguntina aula scripta le-  
 gisti, & eorum in quibus nunc Colonia Agrippina



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

in uerbo Christi apparebo tibi, eripiens te ab Antichristo & meretrice Lutherana magna, transferens te à Babel in Hierusalem nouam per portas duodecim, ut sis cum patre filio et spiritu sancto p uerbum fidem & charitatem una diuina noua creatura, unum corpus, unus spiritus, atq; adeo unum, non diuersum membrum Antichristi & diaboli, sed Ecclesies uerbi unitatis, non diuersitatis & Babel: Christi, non Antichristi: ecclesie dei, non synagoge satanae, ut sic catechizatus & cõuersus, aperias oculos tuorum Norinbergensium, ut conuertantur à tenebris, quas tua Cacosandrina sophistica & inaudito dolo illis offudisti, ad lucem admirabilem, & à potestate satanae ad deum & Christum, illiusq; filium in aeternum uiuentem, & accipiant remissionem peccatorum & sortem inter eos, qui sanctificati sunt per fidem, quae est erga Christum, qui est unitatis uerbum aeternum, sine tempore nunquam euacuandum, Vt Cacosander plane uanos & uanos ad extinguendam uerae fidei doctrinam asserere & adstruere, sed gratia Christo illiusq; uerbo, frustra conatus es.

Poenitentiam igitur subito age ὁσίως ἀνὴς, ὀ Οσίαν-  
der. Noli, ut olim Thomas, esse incredulus, sed cre-  
dens. Sed ad latinas fortasse uoces mutus es, utinam



◊ RVM ANTICHRISTIANISMVS. ◊

etiam nō ad græcas, præsertim Osiander, cum sis græca fide & sanctitate præditus. Hinc græce te regenerabo, & ut olim Christus Thomam, sic ego te nomine Christi illiusq; omnipotentissimi uerbi credentem creabo, & credere iubebo, inquitens: μή γίνα ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Noli esse incredulus, sed credens: Noli esse Cacosander, sed Osiander.

Hac Osiandrina adiuratione, reuocatione, conuersione, & catechismo, placuit Cacosandrum in Osiandrum spiritualiter, ut CHRISTVS olim Saulum in Paulum uisibiliter & corporaliter conuertere, & à uerbo Babel ad uerbum unitatis reuocare, sicut Paulus à Iudaismo ad Christianismum cælitus & mirabiliter & uiolenter uocatus fuit. Quid enim posset cælestius, admirabilius, uiolentius & potentius accidere, quàm tam insignem Cacosandrum, qui nunc non solum, ut olim Lazarus quatruiduanus, sed quadragenarius bis mortuus, Antichristianismum olet, & eū meretrice sua magna in illiusq; laqueis captus et sepultus est, in Osiandrum cōuertere, et Christo illiusq; uerbo mortuū à mortis sepulchro reuocare, & cæcum ac mutum magnalia dei loquentem reddere, & omnibus Lutheranis ī unico Osiandro, ut olim oibus Iudæis



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

& Israëlitis in unico Paulo, insigne & admirabile exemplum, & ad ueram fidem Christi Iesu conuertendi, & ab Antichristo & meretrice magna deficiendi & desciscendi statuere?

Cum uero satis non sit, semel esse uocatum, reuocatum, uel etiam regeneratum, sed necesse sit, ut regenerationem, uocationem & electionem nostram, per opera nostra bona certā faciamus, ut Petrus ij. Pe. j. testatur & asserit: eapropter necesse est, ut ad totius negocij caput, ut uocat & uult Osiander, ueniamus. Vt caput hoc Osiandrinum, paulo ante cæcum & mutum, uisum recipiat, & loquatur linguis nouis magna lia dei, nempe *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד*, *μόνον τῷ θεῷ, μόνον τῷ θεῷ*. Vnum est necessarium: Solummodo crede: Crede solummodo. Et germanice (cum non solum sit Græcus, sed & germanus Osiander, & plane græcogermanus) *Alles ist not/ glaub allain/ glaub nur allain*. Est autem caput illud antichristianicum ab hoste corporis ecclesie Christi, ut olim caput per Dauid à Goliath auferendum & occidendum, nempe quo Lutherani statuunt, & hactenus ultra uigesimum annum stauerunt, docuerunt, & infinitis clamoribus exaggerarunt, q̄ opera uerbi, fidei & charitatis non iustificent, sed sola illorum monacha fides. Ad hoc itaque impi



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

um, perniciosum, & impudens caput defendendum & adstruendum, sic progreditur Osiander, etiam nunc conuersus, & in corde tanquam occultus discipulus unitrini uerbi & monarchiæ & palingenesiæ fidei, inquit: Sed tempus est, ut ad totius negocij caput accedamus, nempe q̄ opera non iustificant. Hoc autem Paulus clare docet ad Ro. iij. cum inquit: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Hic tu concedis, ait Osiander, hominem fide iustificari, & opera legis nō iustificare, sed definis opera legis, quæ fiant uiribus humanis, ante fidem sine spiritu sancto. Deinde infer, q̄ opera bona quæ fiunt à credentibus, operante in eis spiritu sancto, iustificēt. Sed nos neutrum tibi concedimus. Neq̄ enim opera legis recte definis, neq̄ operibus uere bonis iustificationem effectiuam recte tribuis. Sunt enim opera legis, quæ à lege præcipiuntur. Lex autem spiritualis est, ergo præcipit opera spiritualia, quæ etsi faciamus, non tamen per ea iustificamur &c.

Hæc uerba & hanc inductionem Osiandri & ecclesiastarum, quāuis illorum epistola, nostra cura & opera typis excussa, hic ad manum in promptu adest, ad uerbum tamen adscribere uolui, & deinceps, siquādo commodum fuerit, adscripturus sum, ut Lector cō-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

tinenter in oculis, non solum in animo habeat, quod dirigat mentis aciem, ad comprehendendam miram & inauditam sophisticam, cauillationem & tergiuersationem uerborum & sententiarum tam astuti impostoris & calumniatoris, (qui sese ueluti Proteus aliquis in mille tricas & Labyrinthos uerborum transformat, quo elabi, & auditorem & lectorem fallere possit) ut dubitare possis, maior ne sit metiendi impudentia, an calumniandi & tergiuersandi astutia, an uero pernegandi uerbi & ueritatis Christi obstinata malitia & cordis impia induratio.

Sed nunc argumenta aduersariorum, quibus impium & perniciosum dogma (quo asserunt, Sola fides iustificat, Opera non iustificat) defendunt, discutiamus atque refutemus. Primum truncatim & indiscriminatim, nulla facta & constituta differentia inter legem operum & legem fidei, allegant Paulum Roma. iij. ubi inquit: Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Hic Apostolus notanter addit, sine operibus legis, significans & certo statuere uolens, quod opera legis fidei, opera legis spiritus uitæ (quæ est lex spiritualis, non carnalis, non litera, quæ occidit, sed spiritus qui uiuificat) iustificent, non sola monacha carnalis sine spiritu Lu



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

theranorum fides. Quod sane clarissime comprobatur ipse Apostolus eodem ipso loco Rom. iij. ubi statim in precedentibus uerbis apertam differentiam constituit inter legem operum & legem fidei, interrogans semetipsum, & inquit: Vbi igitur gloriatio? exclusa est. Per quam legem? operum? Non, imò per legem fidei. Deinde statim post superiorem sententiam, nepe q̄ homo iustificetur per fidem sine operibus legis, subiungit quæstionem scitu admodum necessariam, ueluti tacite cogitationi & obiectioni, qua interrogare quis potuisset & potest, occurrens, ait: Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit, imò legem stabilimus. Et iuxta uulgarem & communem translationem, idem effert Apostolus, inquit: Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Non aliter, sed perinde ac si Paulus clarissimis & apertissimis uerbis monacham Lutheranorum iustificationem & fidem refutaturus & oppugnaturus, expressam & perpetuam differentiam inter legem operum & legem fidei constituere uolens, diceret: Per magnificam illam commendationem fidei, qua asserimus hominem iustificari gratis per fidem sine operibus legis, nõ uolumus neq; intendimus quoquo modo legem fidei, legem spiritus uitæ, legem spiritualem, quæ est per uerbum fidei,



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

ullo modo destruere aut irritam facere, sed statuere  
& stabilire, ut omnis nostra gloriatio sit in uerbo fi-  
dei, quod est Christus, in quo inhabitat tota plenitudo  
deitatis corporaliter, ut non gloriemur in carne, sed in  
spiritu: non in lege carnali, sed spirituali: non in mor-  
tua & occidete litera, sed in uiuo & in uiuificante spi-  
ritu, qui uiuificat mortalia nostra corpora ppter spi-  
ritum Christi inhabitantem in nobis, ut amplius non  
simus in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei ha-  
bitat in nobis, qui operatur in nobis uirtutes & opera,  
non carnis, sed spiritus: non ueteris legis, sed nouæ cre-  
aturæ: non legis operum, sed legis fidei, sed legis spiri-  
tus uitæ, non carnis, non mortis, sed uitæ, quæ est per  
CHRISTVM & per unitrinum illud uer-  
bum, in quo inhabitat omnis plenitudo deitatis Christi  
spiritualiter. Nam uitam quã nunc uiuimus in carne,  
in fide uiuimus filij dei, qui dilexit nos, & tradidit se-  
metipsum p nobis, ut nulla sit condēnatio nobis, qui infi-  
ti sumus Christo Iesu: ea tamen lege & conditione, si  
secundum spiritum conuersati fuerimus & uixerimus,  
non secundū carnē. Nam si secundū carnē uixerimus,  
moriemur: Quod si spū facta corporis mortificaueri-  
mus, uiuemus. Nos enim per legem operū legi mortui  
sumus, ut deo uiuamus, unā cū Christo crucifixi sumus:



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

uiuimus tamen iam non nos, sed uiuit in nobis Christus. Quandoquidem si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustificationem, ut iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem uersamur, sed secundum spiritum: Qui operamur uirtutes & opera dei, uerbi fidei & charitatis, legis fidei, legis spiritus uitæ, nouæ creaturæ, non ueteris fermenti carnis & mortis.

Hac differentia legis operum & legis fidei, legis carnalis & spiritualis constituta & probata, quæ admodum illa clarissime Ro. iij. viij. & Gala. ij. probatur & demonstratur, omnia aduersariorum argumenta, ueluti cælesti quodam tonitru & fulgure perstricta, corruunt & euanescent. Nam perpetuo legem operum & legem fidei cõfundunt, obscurant, & æquiuocant aduersarij: & quid sit lex fidei, lex spiritus uitæ, lex dei, lex Christi, lex spiritualis, admirabiliter & stupendo more ignorant, uel ignorare potius prudentes inaudito dolo atque diabolico astu uolunt. Quod hic lector tam aperte uidebis, ut manu palpate, non sensu solum comprehendere, possis.

Sed audiamus explanatius, speciatim & ordine, quæ nobis in hoc postremo capite cum aduersario con-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uentiant, & quæ nõ conueniant, ut omnia dilucide, ueluti ex theatro spectari & certo dijudicari possint. Primum ait me contendere, hominem fide iustificari, & opera legis non iustificare. Hoc mihi cũ aduersario conuenit, adeo ut hic non contendamus, sed consentiamus etiã. Deinde asserit me legis opera definire, quæ fiant uiribus humanis ante fidem, sine spiritu sancto. Quod quidem, ut ego nõ inficior, ita mihi cum aduersario nõ conuenit. Nam ipse ait me opera legis nõ recte definire, neq; operibus uere bonis iustificationem effectiuam recte tribuere. Ego contra assero, id recte & pie à me fieri & doceri. Post deinde affirmat, me inferre & concludere, quod opera bona quæ fiant à credentibus, operante in eis spiritu sancto, iustificent. Hoc ego non solum assero & confirmo, sed quo ad uiuam, spiritu & uirtute CHRISTI asserturus & confirmaturus sum. Hic scopus & caput causæ consistit. Hic summa controuersia est. Hic consistendum est. Hic mihi cum aduersario congregandum & pugnandum est. Quo autem uictoria & triumphus huius causæ clarior & magnificentior sit, in primis aduersarij argumenta ita refutabo & iugulabo, ut nostri dogmatis et mearum inductionum confirmatione magnopere opus non fuerit. Quamuis ex se



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

perius adductis & probatis causa iamdudum euicta,  
et de ea splendidissime triumphatum sit. At me neq[ue]  
legis opera recte definire, neque operibus uere bonis  
iustificationem recte tribuere. Et incipit Osiandri-  
no, hoc est, sophistico & sceptico more describere,  
que sint legis opera, & inquit: Sunt autem opera le-  
gis, que a lege præcipiuntur. Et hoc mihi cum aduer-  
sario conuenit, nisi quod astute legem operum & le-  
gem fidei confundit & æquiocat, & nullum prorsus  
discrimen inter legem operum & legem fidei consti-  
tuit. Deinde infert: Lex autem spiritualis est. Hic  
aperte legem carnalem, & legem operum, maledi-  
ctum & execrationē legis (a qua CHRISTVS  
nos liberauit, a qua denique nos per legem fidei, per  
legem spiritus uitæ liberare & redimere debemus.  
Nam lex spiritus uitæ per IESVM CHRI-  
STVM nos liberos reddit & liberat a lege pec-  
cati et mortis) ignorat, negat, dissimulat, æquiocat,  
obscurat, & legē fidei & spūs cū lege carnis & ope-  
rū, ueluti spūm cum carne, Belial cum Christo comun-  
gens, confundit & permiscet: ut nescias, ignorantior  
ne sit, an impudentior, quod hæc ignoret, aut igno-  
rare prudens uelit, præsertim cum a me Norinber-  
gæ coram, & per quinque illos libellos meos toties de



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

hac tam stolidam & cæca ignorantia admonitus sit, et in sua epistola toties & tam impudenter negarit, quod ego perpetuo assero: nempe, q̄ Lutherani nullam more Paulino differentiam inter legem operum & legem fidei, inter legem carnalem & spirituales constituant, & q̄ prorsus, quidnam lex fidei & lex spiritus uitæ sit, ignorent.

Hic cōfiteatur miser, impudēs et plane ineptus Ostiander, re ipsa ueritate facti, quod in suo libello et scripto tam constanter uerbis negat: Quoties enim quaeso me impudentissime hoc mentientem fingit & inducit, quod uerum esse contra seipsum re & facto comprobatur? Vbi quaeso & qualis est differentia, quam Lutherani faciunt? Dic sodes Ostiander: quid est lex, quid lex spiritus uitæ? Cur hic medietatem apostoli Pauli, imò totum Paulum ter cæcus ignoras? Hic opus erat meminisse differentiae legis operum & fidei, legis carnalis & spiritualis quã iactas. Iam tempus erat adferre, de quo gloriabar, & non simpliciter & uniuoce de re duplici & æquiuoca enunciare, scribere & dicere, lex autem spiritualis est: Et reticere alteram legis & diuisionis partem, nempe, q̄ nō solum lex spiritualis, sed etiam carnalis est.

Et quemadmodum hoc Axioma, scilicet, lex aut



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

spiritualis est: obscurum, dubium, mancum calumniose  
 æquiuocum est: sic id, quod ex eo infert Antinomus il  
 le hostis legis, cum ait: Lex autem spiritualis est, ergo  
 præcipit opera spūalia, quæ etsi faciamus, non tamen  
 per ea iustificamur. Ecce quā captiose ex axiomatico  
 obscuro, dubio & æquiuoco, infert & concludit obscu  
 rum, dubium & æquiuocum, appellitans opera spiri  
 tualia, quæ uere erant carnalia ex lege Iudaica cere  
 moniali, quæ præcipit circumcisionem, obseruationem  
 temporum, dierum & mensum atque annorum, plane  
 legem spiritus uitæ & legem carnalem, maledictum  
 & execrationem legis, à qua Christus nos liberauit,  
 ueluti uitam & mortem coniungens & consocians.  
 Quod sane exemplum Galatarum, ineptissime per  
 ipsum inductum, clarissime probat. Infert enim: Quan  
 uis enim opera spiritualia faciamus, non tamen per ea  
 iustificamur. Id quod manifestum est in lapsu Galata  
 rum. Illi enim in Christum crediderant, fide iustifica  
 ti erant, spiritum sanctum acceperant, & uirtutes eti  
 am atque miracula operabantur, teste Paulo. Quare  
 opera eorum haud dubie non erant ex uiribus carnis  
 ante fidem, sine spiritu sancto, sed erāt opera uere bo  
 na in lege præcepta ex fide, operante in eis spiritu san  
 cto facta. Et tamen, quia paulo post seducti à pseudo



OSIANDRISMVS ET LVThERANO

apostolis, incipiebant eisdem suis operibus tribuere uim iustificandi effectiuam, sicut tu quoque facis, Paulus opera eorum uocat opera legis, quæ iustificare non possunt. Dicitq; eos excidisse à fide, & euacuatos esse à CHRISTO. Manifestum est igitur, te opera legis non recte definire. Hactenus Osiander. Hic unicus locus, si alia argumenta nulla essent, abunde satis est, & clarissime absque controuersia probat, Osiandrum suosq; collegas scopum totius scripturæ & in primis epistolarum Pauli ad Romanos & Galat. ignorare, neque ulla unquam differentiam inter legem fidei & legem operum, inter legem spiritus uitæ & legem carnalem atque adeò cæremonialem obseruasse aut sciuisse. Tantum abest, ut unquam intellexerint ueræ iustificationis rationem, & quidnam lex fidei & spiritus sit, & quis illius usus. Quod nisi planum fecero, totam causam, quam nunc tot modis euici, me amisisse fatebor.

Quod scopum totius scripturæ ignorarint, ex superioribus multifariam liquet. Quod uero epistolam ad Romanos & Galat. non intelligant, & quod inter carnem & spiritum, inter CHRISTVM & Moysen, inter legem fidei & legem operum non dis-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

cernant, neque univritatem fidei atque iustificandi ratione unquam intellexerint, hic locus satis declarat. Nam Apostolus clarissimis & apertissimis uerbis Galatas propter opera legis & carnis, propter opera carnalia, non spiritualia reprehendit. Quod tam clarum & apertum est, quod ego profecto ex intimo pectore dubito, debeam ne inauditam & quodammodo incredibilem cecitatem admirari magis, & singularem & admirabilem atque plane diabolicam malitiam Ostandri (qua uoluit senatui una cum tota republica Norinbergen. fucum facere, & tenebras suas sophisticas offundere, ne nouæ nostræ Hierusalem lucem uiderent, & Babylonis suæ tenebras & errores agnoscerent) detestari uehementius. Apostolus ait ad Galatas iij. O Stulti Galatæ, quis uos fascinauit, quod non crederetis ueritati? Hoc solum cupio discere à uobis: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex prædicatione fidei? Adeo stulti estis, cum spiritu coeperitis, nunc carne consummamini. Deinde addit: Qui igitur subministrat uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis: utrum ex operibus legis, an ex prædicatione fidei id facit? Hic Apostolus adeo manifestum discrimen facit inter carnem & spiritum, inter legem carnalem & spiritualem, inter opera



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

carnalia legis, & opera fidei & spiritus, ut nihil pos-  
 sit esse clarius & apertius, præsertim cum inquit:  
 Adeo stulti estis, cum spiritu coeperitis, nunc carne  
 consummamini. Audis hic Osiander, Galatas carne,  
 carne inquam consummari: Non appellat opera Ga-  
 latarum spiritualia, ut falsissime & mædaciissime Pau-  
 lū inducis, sed carnalia, opera legis, quibus siqui serui-  
 unt, execrationi & maledicto sunt obnoxij. Vt eodem  
 cap. iij. asserit Paulus, inquiens: Quotquot ex operi-  
 bus legis sunt, execrationi sunt obnoxij. Num spiritus  
 execratio & maledictum est? Quod plane sequere-  
 tur, si opa Galatarū propter quæ arguuntur ab Apo-  
 stolo, essent opera spiritualia ex fide, operante in eis  
 spiritu sancto. Quid possit blasphemum & sacrile-  
 gum magis excogitari, quàm tanta impudētia & tan-  
 ta audacia sanctissimam doctrinam Apostoli, illi-  
 usq; uerba cælitus inspirata deprauare, & ad tam  
 blasphemum & perniciosum dogmatem impietatem abuti:  
 ea nō solum in alium usum detorquere, sed prorsus in-  
 uertere & peruertere? An non hoc est turbare  
 Christi fideles, & inuertere euangelium CHRIS-  
 TI & Pauli?

Ne autem impij illi ecclesiastæ (quin potius so-  
 phistæ, atq; adeo onosophistæ appellatūdi potius) ul-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

lo modo tergiuersari possunt, opera Galatarum, ob  
 qua à Paulo reprehensi sunt, fuisse spiritualia ex fide  
 facta opera, operante in eis spiritu sancto, sed carna-  
 lia et usq; adeo caeremonialia legis opera: ea de caus  
 sa referemus, ipsomet Paulo teste, illa opera Galata  
 rum, qui eo loci cap. iij. sic inquit: Quoniam aut estis  
 filij, emisit dominus spiritum filij sui in corda uestra cla  
 mantem Abba pater. Hic arrige aures Osiander,  
 quis sit spūs filij dei: an non fides, quæ ex ore altissi  
 mi prodijt primogenita ante omnē creaturā, quam tu  
 impie et crudeliter ais in tempore coepisse, et aliquan  
 do interituram & euacuādam? Deinde pergit Apo  
 stolus & ait: Itaq; iam non es seruus, sed filius. Quod  
 si filius, & hæres dei per **CHRISTVM**.  
 Sed tum quidem cum ignoraretis deum, seruitebatis  
 his, qui natura non sunt dij. At postquam cognouistis  
 deum, quin potius cogniti estis à deo, quomodo conuer  
 timini denuo ad infirma & egena elementa, quibus ite  
 rum ab integro seruire uultis? Et tandem subiungit  
 Apostolus opera, quæ arguit in Galatis, & ait: Di  
 es obseruatis & menses & tempora & annos. Me  
 tuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos.

Hic audiunt Ecclesiastæ Norinbergenses ope  
 ra Galatarum, quæ ipsi impudentissime & impro



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

bissime audent appellare spiritualia, quæ erant plane carnalia, atque adeo ceremonialia iudaica opera. Nihil ne pudet Osiandri tanta & tam manifesta impietatis uel improbitatis potius, præsertim cum Apostolus toties illa opera carnalia, legalia, ceremonialia & iudaica Galatis exprobrat, & ab his debortetur? Cap. v. sic eis loquitur, eosque hortatur: In libertate igitur qua Christus nos liberauit, stete, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico uobis, & si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Contestor autem omnem hominem, qui circumceditur, & debitor est totius legis seruandæ. Christus uobis factus est ociosus: quicumque per legem iustificamini, à gratia excidistis. Et subiungit Apostolus pulcherrimam sententiam, auribus Lutheranorum semper inculcandam: Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio quicquam ualet, neque præputium, sed fides per dilectionem operans. Hic uidet Osiander (si saltem hactenus catechizatus & conuersus, squammas ingentis incredulitatis, ut olim Paulus ab oculis cadentes deposuit) Apostolum unitrinam illam monarchiam fidem prædicasse, & uerbum dei quod est CHRISTVS & spiritus dei, cum charitate coniunxisse, & neque cum



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

cuncisionem neque præputium quicquam in Christo ua-  
 lere, sed spiritum ex fide per charitatem & dilectio-  
 nem operantem. Non ait de more Lutheranorum, So-  
 la fides iustificat, Opera spiritualia ex fide operan-  
 te in nobis spiritu sancto non iustificat, ut blasphe-  
 mo & plane sacrilego ore hic testari ausus est naxos  
 Osiander: sed D. Apostolus ait, Nos enim spiritu  
 ex fide: spiritu ex fide, inquit. Audis ne Osiander?  
 Noli esse incredulus, sed credens, *μόνον πιστεύς*, solum-  
 modo crede sanctissimis uerbis Pauli, & illuminaberis  
 atq; iustificaberis spiritu ex fide p charitatem & dile-  
 ctionem operantem. Nam in Christo Iesu neque mo-  
 nacha Lutheranorum fides, neque poenitentia Anti-  
 nomica, neque Osiandri effectiua & declaratiua iu-  
 stificatio quicq; ualet, sed spūs ex fide per dilectionē  
 operans, hoc est, uerbum, fides & charitas, uniterina il-  
 la monarcha, non monacha, mortua, impia, et ter cæ-  
 ca sine uisione et lumine Lutheranorum fides, uniteri-  
 nū illud monarchicū uel monotriarchicū potius uerbū,  
 nō monachū solitariū desertū, fide et charitate orba-  
 tū & priuatū uerbū. Hic q̄ro ab Osiandro: Circūcisio  
 opus ne carnale est, an spūale: christianū, an iudaicū?  
 Si responderit, ut debet, carnale & iudaicū: ergo opa  
 Galatarū non erant spūalia, sed carnalia et iudaica.



OSIANDRISMVS ET LV'THERANO

Nunquam igitur intellexit totius epistolæ ad Galatiam  
rationem & scopum, quia non discreuit inter spiritum  
& carnem, inter legem fidei & legem operum, inter  
Christum et Moysen. Est ne hoc intelligere Paulum?  
imò inuertere euangelium Pauli est, & aliud euangeli-  
um prædicare quàm prædicauit Paulus. Si dixerit, sic  
uti dicit & fatetur Osiander, quod circumcisio est opus  
spirituale, tum totum Paulum, imò Christum totum ne-  
gat, & Christus ei nihil prodest, quia Moysen pro-  
fitetur, non Christum, atque adeo spirituales Anti-  
christum, meretricem illam magnam contra uerbum  
Christi fornicantem. Nam si ex lege & circumcisio-  
ne est iustitia, igitur Christus frustra mortuus est,  
& Christus ei nihil proderit, quia ab eo euacuatus  
est, quia illius fidem aliquando euacuandam asserit.  
Igitur Iudæus, non Christianus, quin potius Anti-  
christus est Osiander. Nam uere Iudæus esse non  
potest, circumcisus enim non est. Et si circumcisus esset,  
nec tamè uerus Iudæus esset, iuxta testimonium Apo-  
stoli, qui Rom. ij. inquit: Non is qui in manifesto Iu-  
dæus sit, Iudæus est: nec ea quæ in manifesto sit car-  
nis circumcisio, circumcisio est: sed qui in occulto Iudæ-  
us fuerit, is Iudæus est, & circumcisio cordis, circumci-  
sio est, quæ spiritu constat, non litera. Cuius laus non



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ex hominibus, sed ex deo est. Cum igitur Osiander neque corde neque carne sit circumcisus, neque Iudaeus neque Christianus est. Igitur necessario Antichristus est Osiander.

Manifestum igitur est, me legis opera recte definire, & discrimen legis fidei & operum probe tenere & docere, praeterea opera fidei & spiritus iustificare. Osiandrum ter caecum, epistolam ad Gal. imò mysteriū totius scripturae ignorare, euangelium Christi & Pauli inuertere & pernegare.

Quid si Apostolus, ut olim à terra in caelum raptus, sic nūc à caelo in terram delaberetur & uiueret, (quanuis spiritu & uerbo suo immortaliter nobiscum uiuat) nonne suam diuinam illam epistolam ad Gala. in impios & plane sacrilegos ecclesiastas cōuerteret, & ut olim Galatis scripsit, sic ecclesiastis illis minime ecclesiasticis diceret: O stulti ecclesiasta, quis uos fascinauit, ut non crederetis ueritati? Deinde ad uniuersam multitudinem Reipub. Norinbergen, nimirum dicturus esset: Miror quod à Christo, qui uocauit uos per gratiam, adeo cito transferamini in aliud euangelium, quod tamen nō est aliud, nisi quod uestri ecclesiastae perturbant uos, & uolunt inuertere euangelium Christi. Ceterū etiam si nos, aut angelus à caelo praedicauerit



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uobis euangeliū, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. Et repetit Apostolus anathematis sententiam, quemadmodum & nobis nunc repetenda est, ut uehementius & attentius animis infigeretur, & ait: Quemadmodū ante diximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis prædicauerit euangelium, præter id quod accepistis, anathema sit.

Hac anathematis sententia uolentes & prudentes se astringunt impij illi Ecclesiastæ, euangelium Christi & Pauli inuertentes & pernegantes. Nec tamen ab hac tanta sua impietate desistunt, sed pergunt semper in deterius, errorem errori accumulâtes, & ad alium gradum impietatis descendentes. Aiunt enim: Verū tamen etiā si recte definiſſes opera legis, non tamē sequeretur: Opera legis non iustificant, Ergo opera fidei & spiritus iustificant. Sicuti nec hoc sequitur: Plato non disputat, ergo Socrates disputat. Ecce quā falso, calumniose & prodigiose omnia inducit & pponit præstigiator ille. Vbinam Osiander me audiuit sic argumentantem: Opera legis non iustificant, ergo opera fidei & spiritus iustificant? Non sic argumentari & ineptire soleo. At sic potius infero: Opera incredulitatis damnāt, ergo opera fidei iustificant. Affectus carnis & opera carnis, mors est



RVM ANTICHRISTIANISMVS: ○

et inimicitia aduersus deū, et legi dei nō subditur, et ne subijci quidē potest: Ergo affectus spiritus et opera spūalia, spiritus, uita et pax sunt, et amicitia et reconciliatio erga deum, et legi dei subijciuntur, et subijci quidem possunt. Quia credenti et fidem habēti, omnia sunt possibilis, et nihil est impossibile credēti. Quia oīa possumus p̄ Christum, qui confortat nos. Deinde sic argumentari, inferre et concludere soleo: Quicquid ex fide non est, peccatum est, iniustum facit et damnat, Ergo quicquid ex fide est, iustitia est, iustum facit et saluat. Opera autē uere bona, sunt ex fide et iustitia atq; dona dei, ergo iustificat et saluāt, quia sunt effectus, uita et spiritus fidei, quem à fide separare, est ueram fidem funditus extinguere.

Præterea fides iustificans, sola monacha et solitaria non est, nec esse potest, Ergo non iustificat sola, sed unitrina, monarcha, uerbum et charitatem perpetuo inseparabiliter in se se continens et complectēs. Verbum autem dei in CHRISTO caro factum, est omnium admirabilium operum dei maxime admirabile et stupendum opus. Quia nullum ab æterno maius factum, q̄ uerbum caro factum, quod est Christus. CHRISTVS uero est qui iustificat,



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Ergo factum & opus dei iustificat, quia Christus factum & opus dei est: quandoquidem uerbum dei caro factum est, hoc autem uerum opus dei est, quod iustificat. Præterea fides & uerbum fidei, uerus spiritus dei, uertit carnem nostram in spiritum, ut amplius non simus in carne, sed in spiritu, & sic uerbum dei & uerbum fidei sit caro spiritualis & spiritus, imò unus spiritus, unum corpus, una creatura in Christo in nobis. Ergo opera dei & spiritus Christi iustificat: quia uerbum Christus & spiritus dei est qui iustificat. Hinc Christus inquit: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quæ misit ille. Si fides opus dei & creatura est, ut Osiander ipse fatetur, Ergo opus et creatura dei iustificat, non solum monacha Lutheranorum & Norinbergen. fides. Quid hic quaeso respondebit ter miser & ab orbe terrarum descendus uel deridendus potius Osiander? Fatetur fidem creaturam & opus dei esse, & toties inculcat & asserit, & recte quidem asserit, fidem iustificare. Et interim tamen tam impudens & cæcus, negare ausus est, opera dei & spiritus iustificare, cum ipsa fides, uel ipsiusmet Osiandri testimonio opus & creatura dei sit. Possit ne quid fingi & cogitari ineptius, sibiq; magis pugnans & contrarium?



RVM ANTICHRISTIANISMVS. 20

Quæ iam argumentando intulimus de uerbo & fide, ea omnia licet inferre de charitate: quia uerbum fides & charitas unum sunt, ut superius satis abunde & dilucide probatum est. Adde quòd deus est charitas, qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.

Hæ sunt uere piæ spiritus & uerbi dei necessarie argumentationes & conclusiones, quibus ad iugulandum Lutheranum illum Antichristum utimur, non ut falso & mendaciter mihi affingunt ecclesiastæ tot modis uani & peruersi: Plato non disputat, ergo Socrates disputat. At sic potius mihi arguendum & inferendum est: Ecclesiastarum doctrina non est ex uerbo dei, neque ex fide CHRISTI, ergo est ex uerbo diaboli, mendacij & Antichristi. Ostiander pernegat doctrinam CHRISTI, igitur profitetur Antichristum. Christo illiusq; uerbo non credit, igitur incredulus & infidelis est. Ecclesiastarum recens & nouiter excogitata iustificatio effectiua & declaratiua, non est ex uerbo ueritatis, ergo est ex uerbo mendacij, falsa, ficta & euentita. Hoc patet debet argumentari Ostiander, non scholastico & sophistico more uerbum dei ludere & irridere: Plato non disputat, ergo Socrates disputat. Verum hoc



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
modo potius arguendum & inferendum erat: Osiander ridet & ludit uerbum dei, Ergo merito à uerbo dei luditur & ridetur, & toti Christiano orbi cum summo ludibrio deridendus & exhibendus ueluti in theatrum deducitur, & cum monacha sua fide spectandus exhibetur. Qui glorificauerit me, glorificabo eum. Qui uero contemnunt me, erunt contempti, ignobiles, obscuro, Cacosandri, non Osiandri.

Sed audiamus ulterius aduersarium ridentem, & Apostolum conspuentem ac pedibus calcantem. Paulus clarissime probat (inquit Osiander) nulla omnino opera, quantumuis bona, iustificare. Negat enim Abrahamum iustificatum ex operibus, Roma. iij. Hic rursus uidet lector, quòd æquiocatione ludit & sophisticatur aduersarius, nihil discernens inter opera spiritus & opera carnis, & quòd scopum totius epistolæ ad Ro. nunquã neque uidit, nequẽ perpendit, neque intellexit. Apostolus seipsum clarissime interpretatur & declarat, quòd operibus carnis iustificatus non fuerit Abraham, ne ullo quidem uerbo asserens, quòd operibus spiritus & fidei iustificatus non fuerit Abraham. Nam cum Paulus in proximo præcedenti cap. ad Rom. iij. clarum discrimen & differentiam constituisset inter legem operum & legem



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

fidei, ut superius induximus & declarauimus, & ueluti Lutherianorum eorumq; similium errori occurrere & mederi uolens rogasset, per quam legem gloriatio nostra exclusa esset, operū ne an fidei: respondit apertis & disertis uerbis, gloriationem nostram excludi per legem fidei, & non per legem operum. Et tādē ne perniciosissimus ille error antinomicus aliquādo in ecclesia oriretur, aut ut aliquando ortus facile sedari possit, occurrit tacitæ obiectiōi, quemadmodum superius quoq; dictum & inductū est: tanq̄ uero nimia fidei laus & cōmendatio, trahi possit in destructionem legis fidei & spūs, interrogat seipsum, inq̄ns: Legem ergo destruimus per fidem? Et respondet sibiip̄si, & ait: Absit, sed legē statuimus. Perinde ac si diceret: Nos qdē fidē magnifice laudamus & cōmēdamus, & fide atq; gratis absq; opibus legis nos iustificari asserimus & testamur: tamē p hoc legē fidei & spūs nō irritā facimus, sed stabilimus: ut quo minus nobis gloriari liceat in lege opum et carnis, qua saluari & iustificari nō possumus, eo magis gloriemur i lege fidei et spūs, cuius auxilio legē opum præstamus, cōuersantes non secundum carnem, sed secundum spiritum. Hoc cum Apostolus in fine capit. iij. grauius & utiliter disseruisset & docuisset, nūc in ca. iij. infert doctrinæ suæ clarissimū & illustre exemplum discriminis &



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

differentiæ inter legem fidei & inter legem operum  
inter legem spiritus uitæ, & inter legem carnis &  
mortis, longe remouens execrationem & maledictum  
legis à lege fidei & spiritus. Et ait statim in princi-  
pio, atque adeo in primis uerbis cap. illius iij. Quid  
igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum  
secundum carnem? Hic arrige onosophisticas aures  
Olander, & audi quæso, quæ Apostolus tam claris et  
apertis uerbis dicit & rogat, quid Abraham inuen-  
rit secundum carnem. Secundum carnem, inquit, non se-  
cundum spiritum, longe discernens Moysen à Chri-  
sto, & subnectit: Nam si Abraham ex operibus iu-  
stificatus est, habet quod gloriatur, at non apud deum.  
Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo,  
& imputatum est illi ad iustitiam. Ei uero qui opera-  
tur, merces non imputatur secundum gratiam, sed se-  
cundum debitum. Porro ei qui non operatur, sed cre-  
dit in eum qui iustificat impiū, imputatur fides sua ad  
iustitiam. Ecce hic tota laus præstantissimorū ope-  
rum Abrahamæ, deo deique spiritui & fidei tribuitur,  
nulla carni aut legi operum. Nam cum fides domini  
dei sit, & uerbum fidei in Abraham spiritus sanctus  
fuerit, qui operabatur illa insignia & præclara dei  
& fidei opera, nihil igitur erat, quod gloriari pote-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

rat Abraham, quia non amplius erat in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei habitabat in illo, & operabatur uirtutes in eo. Nam hoc erat præstantissimū opus dei, q̄ crediderat in illum, qui tum erat à deo mittendus & uenturus in mundum, quia Abraham uidit diem Christi & gauisus est, ut Christus ipse de eo testatur Iohan. viij. Quandoquidem uidere Christum, aliud nō est, quàm credere uniterino uerbo dei quod est Christus. Credidit itaq; Abraham, & imputatum est ei ad iustitiam: & merces ei tributa est, non secundum debitum, sed secundum gratiam. Nam fides gratuitum donum dei est, Ephe. ij. De suis igitur operibus quantūuis excellentibus, gloriari nihil potuit. Abraham: Quia quicquid ex fide non est, peccatum est.

Ex illis omnibus manifestissime consequitur, cōclusionem & illationem Osiandri, quam hic infert & colligit, esse non solum impiam & sacrilegam, sed plane antichristianicam: quia uerbum dei negatur, & Christi Iesu corpus glorificatū spirituale imortale, in uniterino uerbo flagellatur & crucifigitur, & si fieri potuisset, occiditur, cū blasphemus ore ait, cōcludit & infert: Nulla igitur opera omnino, neque ante neque post fidem iustificant, sed sola fides. Hic aures inten-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
ue lector, ne calumniator & prestigiator ille tot mo-  
dis lubricus, rursus sua sophistica elabi conetur. An  
non hic plane fidem ueris & perpetuis comitibus suis  
orbitam & priuatā, uere monacham solitariam, à de-  
xtra carentē uerbo, & à sinistra charitate constituit,  
cum inquit, quòd nulla opera omnino neq; ante neque  
post fidē iustificent, sed SOLA FIDES? Nec  
quicq; refert, quòd iustificamur gratis per gratiam  
Christi. Nam hæc gloria nostra est, quòd per gratui-  
tum donū dei efficiamur filij dei, regenerati per aquā  
& spiritum in nouum hominem, in nouam creaturam  
spiritualem, ut abolito corpore peccati, amplius non  
simus carnales, sed spirituales, unum corpus & unus  
spiritus, atque adeo unum cum Christo, ut iam sæpi-  
us dictum est, & toties dicetur, quoties repugnat &  
ineptissimas suas mugas et æquiuocationes obijcit Osi-  
ander. Nam cum inquit: Ex operibus autem iustifi-  
cari non est gratis, quia operanti merces imputatur  
secundum debitum: ecce hic rursus ignorat Osiander  
discrimē inter opera fidei et opera legis, inter Moy-  
sen & CHRISTVM: quandoquidē ex ope-  
ribus legis & carnis iustificari, non est gratis iusti-  
ficari, quia merces imputatur secundum debitum. Ex  
operibus autem fidei iustificari, est gratis iustifica-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ri: quia habere fidem & spiritum CHRISTI nemo potest, nisi ex gratuito dono dei. Ergo spiritua lia & fidelia deoq; accepta & grata opera operari nemo potest, nisi gratis prius acceperit à deo per gra- tuitum donum fidei. Quid enim habes, inquit Aposto- lus, quod non accepisti? Quòd si accepisti, quid glo- riaris tanquam non acceperis? Et sufficientia nostra omnis ex deo est. Quia quicquid ex fide non est, pecca- tum est. Ex operibus igitur fidei & spiritus iustifica- ri, est gratis iustificari, quandoquidem merces imputa- tur secundum gratiam, & non secundum debitum.

Hinc ad locum Davidis per Apostolum Ro- man. iij. hic adductum, qui ait: Beati quorum remis- se sunt iniquitates, & quorum tecta &c. facilis est re- sponsio. Nam remittere iniquitates non spectat ad opera legis, sed ad opera fidei & spiritus. Nam lex spiritus uitæ nos liberos reddit à lege peccati & mortis, Roma. viij. Deinde locum, quem ad- ducit ex Esaiâ, In scientia sua, inquiens, iustifica- bit ipse iustus seruus meus multos, omnino non intel- lexit Osiâder: Quò enim miser intelligeret Esaiam, iâ obscure in plerisq; scribentē et uaticinātē, q nō intel- ligit Paulū in articulo iustificatiōis tā clare et apte



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
differentem atq; concludentem, & ubiq; seipsum in-  
terpretantem? Nam locus Esaiæ ad institutum ad-  
uersarij nihil prorsus facit, ut cuilibet facile perspice-  
re nunc licet. Deinde infert cæcus & ignorans, ab in-  
uito pectore erumpente ueritate, admirabilem & sin-  
gularem claritatem uerbi contra seipsum fortissime  
pugnantem, quin potius uincentem, & Antichristum  
plane iugulantem, cum ait: Sed nihil clarius dici po-  
test, quam Paulus dicit 1. Corint. i. Christus nobis fa-  
ctus est sapientia à deo & iustitia. Et astute & dia-  
bolica arte obmittit duo sanctissima uerba, quæ ad iu-  
stificationem maxime requiruntur & necessaria sunt,  
quæ Apostolus continenter addit. Ait enim eo loci:  
Ex eodem autem uos estis in Christo Iesu, qui factus  
fuit nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio  
& redemptio: ut quemadmodum scriptum est, qui glo-  
riatur, in domino gloriatur. Nam uerum quidem est,  
quod infert aduersarius, qd Christus est iustitia no-  
stra. Sed cum addit, qd Christum nullo opere appre-  
hendimus, rursus ab asino cadit, extra liram uadit &  
delirat, uocabulum & uerbum opus æquiuocās. Nam  
uerum est, qd Christum nullo opere legis & carnis ap-  
prehendimus. Sed falsum est, qd Christum nullo opere  
fidei & spiritus apprehendamus. Nam hoc est opus



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

dei, & credimus in eum quem misit ille. Hinc ille locus, quē adducit hostis ille Christi, uerus Antichristus Osiander uariis uerbis, suo ipsiusmet uerbo, quod loquitur & scribit, conficitur & iugulatur. Si enim Christus factus est nobis, hoc est, uerbum dei caro factum, est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio à deo, & habitabit in nobis, opus dei, factum, uerbum ab æterno increatum, in tempore in Christo incarnatum, opus & factum dei. Ergo opus dei iustificat, quo deus efficit, ut uerbum fidei uertatur in nobis in spiritum, qui sanè uertat carnem nostram in nouam creaturam dei, in carnem spiritualem, ut sanctificationem & redemptionem à peccatis per sapientiam & iustitiã dei assequamur. Nam satis non est, sola fide Christum apprehendere, sed oportet Christum in nobis semel natum & regeneratum, usq; in finem sola fide retinere. Nã ut Apostolus Heb. v. inquit: Nos Christi participes facti sumus, si initium substantiæ usq; ad finem firmum tenuerimus. Et ut Christus ipse inquit: Qui perseuerauerit usq; in finem, saluus erit. Quandoquidem nos dei heredes, & Christi Iesu instituti coheredes sumus, si testamenti noui nouum foedus usq; in finem seruauerimus, & conditionem testamenti impleuerimus. Nempe si crediderimus, si poenitentiam egerimus, si quæ-



OSIANDRISMVS ET LVThERANO  
cunq; præcipit nobis Christus, seruauerimus: si à cor-  
ruptiõe q̄ est in mūdo, refugerimus, si initiū substātiæ  
ad finē firmū, ad finē firmū, inq; Apostolus, tenueri-  
mus. Sola igitur monacha Lutheranorū fides nō iu-  
stificat neq; saluat, sed unitrina monarcha fides, quæ  
per uerbum fidei sapiētiam & iustitiam dei apprehen-  
dit, & per legem fidei & spiritus retinet, & tādē  
per charitatem, quæ est plenitudo consummatio & fi-  
nis legis, uerum uinculum perfectionis perficit. Vi sci-  
amus, nō more Lutheranorum credamus tantum, nos  
esse de morte translatos ad uitam. Nam plerophoria  
illa, certitudo & plenissima illa scientia fidei nostræ,  
firmamentum & soliditas fidei, quam Lutherani  
penitus hætenus ignorarunt, efficit, ut certi, robu-  
sti & confirmati, nihil hæsitantes propter incredulita-  
tem, sciamus, & sciamus nos esse filios dei, & à tene-  
bris mortis translatos esse in admirabilem lucem ui-  
tæ immortalis & æternæ, ut clarissimo testimonio  
testatur dilectissimus Christi discipulus, i. Ioh. iij. in-  
quiens: Et nos scimus q̄ de morte translati sumus ad  
uitam, quia diligimus fratres. Hæc est scientia, qua  
nunc replebitur terra, sicuti aquæ maris operientes, ut  
Esaias uaticinatur Esaiæ. xi. Huc adduci & ada-  
ptari potest locus eiusdem Prophetæ capi. liij. quem



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

superius male intellectum adduxit Osiander: In scientia sua, inquit, iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Illa enim est scientia, qua cognoscimus deum, uel potius, ut Apostolus testatur, cognoscimur à deo. Nam si quis diligit deum, cognitus est ab illo. i. Cor. viij. Qui uero deum diligit, proximum & hominem diligit necesse est, quia deus homo est. Ut enim idem Iohannes (ideo nimirum tantopere dilectus à domino, ut totius dilectionis nobis praecepta traderet) inquit: Si diligamus nos inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius perfecta est in nobis. Qui enim non diligit fratrem suum, quem uidet, deum quem non uidet, & quem nemo uidit unquam, quomodo potest diligere? Valeat igitur ac pereat <sup>es nōzaxae</sup> Lutherianorum monacha, castrata, orbata, Antichristi, ficta, falsa, simulata & ementita fides: & longum aeternumq; uiuat & ualeat monarcha unitrina, uerbo & charitate semper & ubiq; munita & comitata, dei & Christi Iesu uera inuicta fides, uerbiq; illius aeterna ueritas.

Probe itaq; infert & asserit Osiander, non contra me, sed plane contra seipsum, cum ait: Manifestum etiam est, qui suis operibus quantumuis bonis, iustitiam tribuit, ille opera manuum suarum adorat



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

pro Christo filio dei, quæ est summa & execranda idololatria. Nam cum fides Lutheranorum monacha sit opus & inuentum ministrorum Antichristi, quod operatione satanæ suo labore, suo ingenio & opere, absque uerbo & extra uerbum inuenerunt, & tanquã opus manuum suarum & ingeniorum suorum adorant, summam nimirum & execrandam idololatriam committunt: quia hoc est opus diaboli, non dei. Antichristi, non Christi, ut non credamus in eum quem misit deus pater, cuius gloriam querit filius, qui Ioban. v. sic loquitur: Gloriam & claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui uos quod dilectionem dei non habeatis in uobis. Ac si ad Lutheranos aperto oraculo diceret: Gloriam & claritatem uerbi, a uobis, ueluti ab hominibus non accipio, & cognoui uos, quod aliquando dilectionem & charitatem meam a uerbo meo, quod est uerbum fidei, separaturi, & corpus meum spirituale uiolaturi sitis. Ego ueni in nomine patris mei, nec recipitis me. Si alius uenerit in nomine suo, illum recipietis. Ille alius diuersus deus huius seculi, est Babylonis & ecclesiarum Norinbergen. deus, diuersitatis, uarietatis, discordiarum sectarumque omnium autor, non Christus, sed Antichristus, qui uenit in nomine suo, non Christi, sed Antichristi, qui receptus est a Lutheranis & Romanis in.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

credulis, quia dilectionem & charitatem dei non habuerunt in ipsis. Hæc autem dilectio & charitas dei est, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius gratia non sunt. Quia omne quod natum est ex deo, uincit mundum. Hæc autem est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra, non Lutheranorum monacha, quæ in suo proprio nomine & opere mendacij adorant impij, sed Christi & Apostolorum monarcha & unitrina, quæ in nomine patris, hoc est, uerbi ueritatis & charitatis uenit in mundum, temporibus æternis tacita, manifestata uero nunc per scripturas propheticas, euangelicas & apostolicas, in obedientiam uerbi, fidei et charitatis, & unitrini illius diuini uerbi, inter omnes Iudeos, Turcas, Sarracenos & omnes gentes terræ reuelanda & prædicanda.

Sed audiamus nunc omnium maximum mendacium & impudentissimam fictionem & sophisticam contra tam clarum uerbi dei lucem & illustrationem nominis Christi. Pergit blasphemus aduersarius, semper de malo in deterius plane in reprobum sensum traditus, & asserit ac testatur sese meis ipsius uerbis probaturum, quod nulla opera iustificent. Et interim nulla mea uerba, à quibus uis illius argumentationis depen-



## OSIANDRISMVS ET LUTHERANO

det, neq; scripta neq; dicta refert, sed omnia pro suo commodo fingit & foedissime mentitur, & adeo turpiter quidem, ut profecto neminem suorum collegarum libero vultu illum intueri posse existimem. Et incipit rursus sophisticari, imò ineptissime mentiri, & ait: Concedis enim ueram in Christo fidem iustificare, (hæc uerba statim deprauat, & p sua libidine interpretatur & ait) hoc est, causam efficientem iustitiæ esse. Concedis item iustitiam esse causam efficien-tem bonorum operum. Neque uero id solum concedis, uerum etiam asseris. Hic aperte mentitur Osiander. Deinde infert & concludit aduersarius argumentationem, & ait: Atqui ex his necessario sequitur, opera bona effectiue iustificare non posse. Et addit causam: Quicquid enim effectiue iustificat, iustitiæ causa efficiens est. Nulla autem opera sunt causa efficiens iustitiæ, sed effectus tantum, ergo nulla opera iustificant: Quia impossibile est, effectum esse uel fieri causam efficientem suæ causæ efficientis. Ecce in hac Osiandrina argumentatione tot fere sunt sophistica & impia mendacia, quot sunt uerba.

Primum, uerum est me concedere & docere, ueram in Christo fidem iustificare. Hoc enim nõ solum concedo & doceo, sed contra hostes ueræ fidei & mi-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

nistros & præcones Antichristi, fortiter & strenue tueor atque defendo. Quod autem subiungit, & interpretationis loco (qua sanctissimam & piam sententiam corrumpit) adnectit, nempe ueram fidem esse causam efficientem iustitiæ, & iustitiam esse causam efficientem bonorum operum: simpliciter concedendum non est, prout simpliciter sine magna, erudita ac necessaria causarum distinctione nunquã concessi, neq; concessurus sum. Quapropter diligenter hic animaduertendum est, quo improbißimi calumniatoris præstigie & subtiles illæ argutiæ, uera signa, portenta & prodigiosa Antichristi mendacia, ut Apostolus appellat, rectius et perfectius reuelari & refutari possint.

Primo considerandum est, q̄ deus summus monothriarcha, ut solus iustus est, ita solus iustificat impium, ita etiam est prima & infinita causa à nulla dependens, primus motor & effector, ultimusq; finis cuiuslibet rei fatalis, naturalis, fortuitæ & uoluntariæ, quoniã ex ipso & in ipso et per ipsum sunt omnia. Itaque deus est prima causa efficiens ac finalis per **CHRISTVM IESVM**, primogenitum uiuentium & mortuorum, primus & nouissimus, omnia in omnibus, quia ipse est omnia in omnibus.



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

In eo non est Græcus neq; Iudæus, circuncisio & præputiū, barbarus & Scythæ, seruus & liber, sed oīa in oībus Christus, j. Cor. xv. ad Col. iij. Illius itaq; & in finitæ causse summa maiestas, summa omnipotentia, summa iustitia, summa ueritas, summa misericordia & bonitas, cognosci & illustrari non potuit, nisi per uerbum, fidem & charitatem dei, unitrinum illud diuinum & cæleste uerbum fidei, quod in CHRISTO incarnatum est. Quemadmodum enim tres sunt hypostases & personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: ita tria sunt diuina distincta uerba & hypostases cælestes, per quas mysteriū diuinæ trinitatis apprehendimus, & in plenitudine & certitudine uerbi fidei & charitatis retinemus, & ita indissolubili nexu & unione retinemus, ut unū corpus et unus spiritus atque adeo unum cum illa diuina trinitate efficiamur, ut amplius non simus in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus dei habitat in nobis, ut iam sæpius dictum est, & sæpius atque semper ubiq; & perpetuo dicendum est & inculcandum, ut aliquando tandem intelligamus, atq; diuinum illud mysterium apprehendamus.

Vt ergo deus nō solū est prima et efficiens causa & primus motor, sed etiam ultimus & nouissimus



### RVM ANTICHRISTI ANISMVS.

effector & finis uniuscuiusq; rei: sic diuinum illud unitrum uerbum in Christo incarnatum, non solum est causa efficiens, sed etiam finalis causa & effectus iustificationis & salutis nostræ: quia uerbum caro factum est, & uerbum dei opus perfectum, quia oia per uerbū facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et opus & factum dei est, quod credimus in Christum, ut primogenitus ille & uerbum illud caro factum ipsum testatur, cum ait: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille.

Deinde sedulo attendendum est, quod causæ sæpe coincidunt, sed non eadem ratione, uerum diuersa: Id est, idem sæpe est alia & alia causa in diuerso genere causarum: Vt anima est forma hominis & efficiens causa operationum uitalium, & est finis generationis humanæ. Quin etiam diuersorum respectu, idē est & causa efficiens, & effectus: ut uerbum fidei est effectus dei, factum & opus domini, quia uerbum caro factum est, & est nihilominus causa efficiens iustificationis & salutis nostræ. Negabitne hic Osiander, effectum dei, quo uerbum caro factum est, iustificare? An non hoc esset negare, quod Christus iustificat? quod uerbum dei caro factum iustificat? Et cum deus omnia fecerit propter semetipsum per uerbum su



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

um, quod est **CHRISTVS**, hic caro factus est deus & homo, hic effectus causæ suæ efficientis causæ efficiens est. Quia in deo causæ efficiens & effectus, eadem & idem sunt, quia deus homo factus est, qui est causæ efficiens et finalis omnium rerum. Præterea cum omnia à fine sunt denominanda, & deus omnia propter finem legis, quæ est charitas, & propter semetipsum fecerit, qui denique non minus est ultimus effector & finis, quàm prima & omnium rerum causæ, omnia in omnibus unus & omnis, qui in uerbo caro factus est: nonne hic effectus, causæ efficiens suæ efficientis causæ erit, præsertim cum deus prima & ultima infinita omnium rerum causæ sit, causæ inscrutabilis suæ ipsius causæ? Nam monas gignit monada, et est causæ & monados, quamuis unitas & unio est indiuisibilis atque immutabilis: & in seipsum multiplicata, non producit nisi seipsum, sed hoc mysterium monados & monarchiæ nostræ, non intelligit monachismus & Lutherismus Oslandri, ne pe minister Babel, non unitatis & unionis.

Præterea notandum est, q̄ effectus à sua causæ essentiali & substantiali, & econtra causæ essentialis & substantialis à suo effectu, quo cessante causæ cessat effectus, separari non potest neque debet.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Cum itaque dicimus, Vera fides in Christum iustificat, statim intelligimus ueram fidem, sine uerbo & charitate, sine operibus fidei & spiritus esse non posse, præsertim cum uerbum fidei caro factum sit, & factum & opus dei habitet in nobis, ut fides & uoluntas dei à nobis fiat, non more Lutheranorum credatur tantum. Voluntas enim dei facienda et opere præstanda est, & non credenda tantum, Mat. xij. Non enim auditores legis iusti sunt, sed factores legis iustificabuntur, Roma. ij.

Adde, quòd cum charitas & dilectio dei in CHRISTO incarnata sit, quæ consummatio, plenitudo & finis legis, atque uerus effectus fidei est, propter quem omnia à deo constituta sunt: ideo statim cessante charitate & operibus fidei & spiritus, ueluti effectus fidei cessante, fides extinguatur. Quia deest non solum finis & effectus fidei, sed etiam uita & spiritus, sine quibus fides mortua est, nõ fides, sed carnis figmentum, uera fides monacha, uera idololatria, ut Osiander ipse cõtra seipsum fatetur & toties fãsus est.

Postremo, cum paulo superius plus satis probatum & demonstratum sit, quòd uerbum fides & charitas unum sunt, sicuti pater filius & spiritus sanctus unum sunt; nempe diuina quædam uerã unitas



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

¶ unio, unū corpus spirituale Christi, in quo inhabitat  
tota plenitudo deitatis spiritualiter in corpore uno  
Christo Iesu, & q̄ neq̄ uerbum sine fide, neq̄ fides si-  
ne uerbo, neq̄ charitas sine utroq̄, neq̄ utrūq̄ sine cha-  
ritate esse possunt: ideo facile cuilibet patet, totam ar-  
gumentationem Osiandri de causa efficiente indu-  
ctam, esse falsam, fictā, calūniosam, præstigijs & ope-  
rationibus satanæ plenā, nihil prorsus cōcludētem, ne-  
q̄ urgentē. Separat enim effectū in effectū à caus-  
sa efficiente, & causam efficientem ab effectū & fa-  
cto, ueluti CHRISTVM à deo separans, & uer-  
bum carnem factum esse negans, quamuis hoc facere uir-  
deri non uelit, cum maxime & astutissime plus quam  
diabolico astu hoc efficere intendat. Nam cum asse-  
rit & fingit, fidem esse causam efficientem iustitiæ,  
non charitatem, non opera fidei & spiritus: hic plane  
separat effectum & finem fidei, finem legis à causa  
efficiente, hoc est, separat uerbum fidei à uera fide et  
charitate, uiolans diuinam trinitatem, plerophoriam  
plenitudinem & certitudinem fidei inuertens, atq̄ to-  
tam doctrinam incertam & dubiam reddens, plane  
Christum in uerbo fidei, in uerbo unitatis & trinitatis  
tanquam uerus Antichristus, crucifigens & ingu-  
lans. Nam finis legis CHRISTVS ad iusti-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

ficationem, omni credenti. Hunc finem & hunc scopum iustificationis & salutis nostræ obscurat, imò uiolat & obruncat Olander.

Falsum est igitur hoc totum sophisticum & ter blasphemum argumentum, indignum quod pluribus refutetur, præsertim cū aduersarius seipsum cōficiat & plane cōfundat. Fingit enim ualde impudēter, uel imprudēter etiā, iustificationē effectiuā à causa efficiēte sine effectu, quam sane debebat à causa efficiente appellasse efficientiuam, non effectiuam. Nam si iustificatio debet esse effectiua, ut ipse quidem ignorans, uere tamen fatetur: Ergo effectus fidei, facta & opera fidei & spiritus sancti iustificant, non causa efficiens tantum sine effectu. Iustificatio effectiua dicitur non à causa efficiente, ut falsissime fingit, sed ab effectu, à facto, ab opere, à ueritate uerbi, à qua charitas & opera charitatis, opera fidei & spiritus, nunquam abesse & separari possunt.

Ex quibus omnibus clarissime consequitur, quòd ad iustificationem effectiuam, ut ipse quidem appellat, requiritur effectus fidei, qui est charitas, opera fidei & spiritus. Quæ si desunt, non est iustificatio effectiua, sed nec efficientiua quidem, quia ni-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

bil efficit, cum sine effectu sit, sine facto & opere, quia fides sine charitate mortua est. Et fides sine uerbo, sine spiritu & uita, quæ sunt opera fidei & spiritus, non fides uera sed idololatria dicenda est, ut superior ipsemet aduersarius libere fassus est, quamuis hac satanica & planè Antichristianica argumentatione omnia nunc inuertit: & quæ prius asseruit, nunc rursus pernegat, tanta inconstantia & leuitate, ut impudentiam & gladiatoriam in iugulando uerbo Christi audaciam demirari satis non possim.

Concludimus itaque, etiam ex confessione & argumentatione aduersarij, opera fidei & spiritus effectiue iustificare, & effectum à causa, uerbum à fide, & charitatem ab utroque in iustificatione effectiua abesse non posse.

Præterea in iustificatione effectiua, uerbum fidei est effectus dei, quia uerbum caro factum est, & habitat & habitabit in nobis. Et interim etiam est causa efficiens iustificationis & salutis nostræ, sed non sine effectu, non sine fructu & operibus fidei & spiritus sancti. Nam ubi opera fidei & spiritus non sunt, fides nulla est: sed figmentum carnis est, fides monacha est, fides mortua est, imò idololatria est, ut



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Olander uerbis quidem fatetur, sed re ipsa negat. Quia deum profitetur scire se, ceterum factis, falsa & impia & sophistica doctrina pernegat, quando quidem effectum & finem, plerophoriam fidei à causa prima efficiente separat, & totam scientiam & arcanum fidei inuertit & peruertit, uerbum carnem factum esse pernegans, cum factum & effectum à uerbo fidei separat, qua impietate nihil atrocius esse possit. Euenit itaque mirabili & stupendo more ueluti miraculum quoddam, quod CHRISTVS cum hoc suo Antichristo & aduersario facit: nempe, quòd cum Olander ex meis uerbis probare conatur, quòd nulla opera iustificant, ipse ex suis uerbis planissime còtra seipsum omnino diuersum probat, quòd opera fidei & spiritus effectiue iustificent: ipse ex suis uerbis planissime contra seipsum omnino diuersum probat, quòd opera fidei & spiritus iustificent: & quòd ad suam iustificationem effectiuam, effectus, factum & opus dei requirantur. Et q̄ absque effectu fidei, qui est charitas, & absq̄ operibus fidei & spiritus, iustificatio non solum effectiua, sed nec efficientiua quidem appellari possit aut debeat. Tantū abest, ut uera iustificatio effectiua, sine effectu sit aut esse possit: Quia fides sine charitate nihil



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
efficit, mortua & monacha est. Nam, ut Apoſto-  
lus teſtatur, in CHRISTO IESV neque cir-  
cuncifio quicquam ualet, neque præputium, ſed fides  
per dilectionem operans. Valeat igitur Oſiander  
cum ſua efficientiua, ſine effectu effectiua, nihil ef-  
ficiende iuſtificatione. Quid quæſo poſſet fingi ine-  
ptius & ridiculoſius, quàm aſſerere chimæricâ quan-  
dam effectiuam iuſtificationem, à cauſſa efficiente  
appellatam, ſine effectu iuſtificantem & ſaluan-  
tem? Ecce ſic mentitur iniquitas ſibi, & ſic ſuo ſe gla-  
dio confodiunt, & ſe ſe iugulant Antichriſti. Tan-  
ta uis eſt & potentia uerbi, ut etiam mentientes uer-  
bum dei, uerum tamen dicant inuiti & ignorantibus. Et  
ut Lactantius Firmianus ait: Tãta uis ueritatis eſt,  
ut etiam ab inuitis pectoribus erumpat.

Nec uerum eſt, quod impudenter hic mentitur  
Oſiander, quòd cum multa præſens Norinbergæ &  
eadem fere quæ nunc ſcribo, de cauſſarum generibus  
diſſeruiſſem, opera indifferenter unquam dixerim eſ-  
ſe cauſſam fidei finalem: ſed opera ueræ charita-  
tis & ipſam charitatem, quæ plenitudo & finis le-  
gis & ipſe deus eſt, uera cauſſa finalis fidei &  
uerbi, propter quam omnia à deo facta, creata & con-  
ſtituta ſunt, ut immèſa dei charitas nobis innotefceret.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Nos enim diligimus eum, quia ipse prior dilexit nos. Propterea rursus atque iterum per æquiuationem falsum concludit & infert Osiander, cum ait: Atqui si opera sunt causa finalis, non sunt causa efficiens, non iustificat igitur. Hic rursus sese & alios fallit aduersarius & impostor ille. Nam charitas & opera charitatis diuerso respectu possunt esse causa efficiens & finalis. Quandoquidem charitas dei qua dilexit nos, & misit uerbum suum ab æterno increatum, in tempore incarnari, & nunc per spiritum sanctum in uerbo & nomine suo regenerari & illustrari: causa efficiens est, qua efficit ut nos per uerbum fidei et per immensam suam charitatem, nobis in Christo uerbo suo æterno exhibitam, ducamur in cognitionem dei & mutua dilectionem, atque charitatem erga deum & proximum. Et hic effectus & finis est charitas, quia charitas est consummatio plenitudo & finis legis: quandoquidem qui diligit alterum, legem expleuit. Et omnis qui diligit, ex deo natus est & cognoscit deum. Qui uero non diligit, non nouit deum, quia deus charitas est. Et si diligamus nos inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius perfecta est in nobis ꝑ. Iohan. iij. Et per hoc scimus, q̄ cognouimus eum, si iussa illius obseruamus. Qui dicit, noui eum, & præce-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

pta eius non seruat, mendax Osiander est, & ueritas in eo non est. Et subdit Iohannes & inquit: Per hoc scimus, quod in ipso sumus: Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, i. Iohan. ij. Deum immortalem, quam Iohannis et aliorum apostolorum doctrina ab Osiandrina & Lutheranorum diuersa est? Possent hic merito rursus Lutheranorum & Martiniano more hyperbolice exclamare & dicere: Quantū cælum à terra distat, tantum debet doctrina Osiandrina ab apostolica & Christiana separari: Et nihil dicendum, docendum in re iustificationis, nisi sola apostolica & Christiana, non Lutheranorum monacha, Antilogica, Antichristianica, satanica doctrina & fides. Vt ergo nunc satis abundè probatum & demonstratum est, quod charitas diuerso respectu esse potest, et est causa efficiens, & simul etiam effectus iustificationis et salutis nostræ, sic etiam uerbum fidei diuerso respectu & causa efficiens & effectus iustificationis & salutis nostræ est & esse potest.

Falsa igitur, ficta & impia sunt omnia, quæ mendax & Antilogus Osiander hic de causa efficiente & effectiua planè sine effectū contra uerbum ueritatis concludit & infert.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Nec ad institutum facit, aut quicquid probat, quod de similitudine arboris adducit & sophisticatur aduersarius, cum inquit: Non potest arbor mala fructus bonos facere: nam quisquis per opera iustificari uult, is adhuc iniustus est, et arbor mala: Non potest ergo iuste operari, nec bonos fructus facere. Impossibile igitur est, ut sua eum opera iustificent. Sin autem ante iustus est per fidem, ita ut possit iam bona opera facere, nihil opus est, ut per bona illa opera iustificari fingatur, cum antea iustus sit. Hæc argumentatio & inductio, ut alia Osiandri omnia, tota falsa, calumniosa et impia est: Quam pluribus non refutarem, nisi aliorum docendi causa & impij illius erroris detegendi gratia id facerem. Parabola arboris per Iohannem iij. inducta, & deinde per Christum Matth. vij. repetita, contra Lutheranos pro nostra catholica sententia maxime facit, illorumque sententiam reprobat, nostramque uehementer comprobat. Matth. tertio inquit: Iam uero & securis ad radicem arborum posita est: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Matthæi uero septimo copiosius eandem sententiam effert CHRISTVS, & ait: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

mittetur, igitur ex fructibus eorum cognoscetis illos. Et illic statim subiungit: Non ois q̄ mihi dicit Domine domine, intrabit in regnū cælorū. Per quas Christi similitudines & inductiōes satis liquet, quod ad iustificationē nostri, non sufficit sola & monacha Lutheranorum fides, sed q̄ necessaria sunt opera, & ut uoluntatem dei faciamus, non credamus tantū. Nam nisi fecerimus, tum non sumus arbores bonæ, sed malæ, excidendæ & in ignem mittendæ. Igitur opera ad iustificationem effectiuam & salutem nostram consequendam & damnationem uitandam maxime sunt necessaria, adeo q̄ dogma Lutheranum nihil uebementius ferè oppugnare possit, q̄ illa parabola arborum per Christum inducta. Nam quæadmodum deus per uerbum regenerat hominem nouū & in creaturam nouam, sic statim ab initio uerbo suo creauit omnem arborem et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso est sup̄ terram bonum, Gen. 1. ut ex fructibus illius cognoscatur esse bona uel mala arbor. Nam hæc est uita æterna, ut cognoscamus nos ipsos, an Christum per uerbum fidei, quod caro factum est, tanquā semen bonum in nobis sit nec ne, opus & factum dei. Nam hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, et quem misisti Ie



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

sum Christum Io. xvij. Oportet itaq; scire & nos ipsos cognoscere, an simus arbores bonæ uel malæ: excidendæ & in ignem mittendæ, an seruandæ: an semen uerbi seminatum cum bona radice in nobis sit, nec ne: Vt Christus cum parabola seminis testatur, Mar. iij. Vt ex operibus nostris & ex certa scientia fidei sciamus, an conscientiam bonam uel malam habeamus. Oportet enim habere fidem & bonam conscientiam, ne circa fidem naufragiū faciamus, i. Timoth. i. Conscientiam autem bonam sine certa scientia fidei habere non possumus. Nunc uident Lutherani, quàm perniciosissimum naufragium fidei in Repub. Christiana fecerint.

Nec ad rem facit, quòd infert aduersarius, q̄ is qui per opera iustificari uult, adhuc iniustus sit & arbor mala, & q̄ ea de caussa non possit iuste operari, neq; bonos fructus facere, et ideò impossibile sit, ut sua eum opera iustificent: Nam per hanc illationem, rursus se aperit & prodit planissime Osiander, q̄ uerã iustificandi rationem nunquam intellexit: Et q̄ fidem dubiam, incertam, uacillantē & hæsitantem, uere monacham hæcenus docuit & habuit, quia ueram uirtutē & plerophoriam fidei ignorauit, & nullam firmitatem, certitudinē, plenitudinem & scientiam fidei sci-



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

uit & intellexit, multa millia hominũ & animarum, tanq̃ perditissimus Antichristi minister, seducens et prodens. Præterea hac impia inductione satis declarat, q̃ in quarto libro Monarchiæ & palingenesiæ fidei, multis argumentis demonstro, q̃ Lutherani planè ignorant, quid & quantum credant, quàm fortem & constantem fidem habeant: sed quòd docent fidem fictam & simulatam, speciem quidem pietatis & ueræ fidei habentem, sed uirtutem eius abnegantem: nullos enim gradus & ætates fidei constituunt, nihil inter fidem infirmam & robustam, inter fidem perfectam & imperfectam, inter fidem modicam et magnam, ut **CHRISTVS** assolet discernentes, qui ait: Modicæ fidei, cur dubitasti? O mulier, magna est fides tua. Nullum præterea discrimen facientes, inter credentes quibus lacte opus sit, qui adhuc infantes sunt, & inter eos qui solidum cibum capere possunt: sed fidem sine lege fidei, quam tam miserabiliter cæci hactenus ignorarunt, docentes. Adde, quòd nihil docent de uera cognitione dei & sui ipsius, à qua summa sapientia & uera theologia Christiana tota dependet. Et quemadmodum magno orbis Christiani scandalo & offendiculo, et multarum animarum periculo Lutherani docuerunt reliquias peccatorũ, pro



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

quibus *CHRISTVS* satisfecerit, & quas nos expurgare nō possumus sine termino & certo fine, ut superius latius explicuimus: Sic etiā docent fidem uanam & inanem, fictam & simulatam, sine termino certo, sine plerophoria, sine plenitudine & sine fine legis, non respicientes in uinculum perfectionis, quæ est charitas, & quod lex in uno uerbo charitatis completur, plenissime ignorantes, quia auferunt à iustificatione charitatem: docentes charitatem non iustificare, cum charitas sit finis legis, consummatio & plenitudo, ad quam eniti quilibet Christi fidelium tenetur usq; ad perfectionem, ut de fide sua certus sit, ut plerophoriam fidei (ut *Apostolus ad Heb. x.* in græco textu expresso uerbo et uocabulo plerophoriæ loquitur) assequatur, ut plenissimam scientiam fidei habeat, nihil dubitans propter incredulitatem, sed robustus factus fide, tribuens gloriam Deo, certa persuasionem concepta & plenissime sciens, quod is qui promissit, idem potens sit & præstare, ut talem fidem habeat, qualem habuit pater oim credentiū *Abraham*, et qualis describitur à *Paulo, Ro. iij.* uerā monarchā, unitrinā, nō monachā, solitariā & desertā *Lutheranorū* fidē, prorsus incertā, dubiā, hæsitantē, nihil à deo impetran-  
tē: Quia qui hæsitat, similis est fluctui maris, qui uentis



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

agitur: nec existimet se homo ille quicquam à domino impetraturum. Oportet itaq; ueram fidem ex factis perspicere, ut firma sit, quæ admodum Abrabæ fides certa & firma fuit, quæ ex factis pfecta reddita est, ut claris uerbis testatur Iacobus, Iac. 1.

Talem uero heroicam & uere Monarchicam fidem discere & intelligere, & an quis habeat, percipere nemo potest, nisi ex operibus fidei & spiritus, ex factis suis, & ex ipsa charitate, quam præstat erga deum & proximum. Nam qui diligit multum, nimirum & multum credit: quia sine fide diligere Deum nemo potest. Qui uero parum diligit, nimirum & parum credit, quia in fide puer & infans est, qui fluctuat & dubitat propter incredulitatem. Cum autem debemus quotidie in fide & in cognitione dei crescere, hinc nos docemus in nostra Monarchia & palingenesia fidei triplicem rationem cognoscendi dei & sui ipsius. Cum uero Deus cognosci non possit, nisi per fidem: ideo docemus, nõ solum quatuor gradus discendæ fidei, sed etiam quatuor augendæ, similiter quatuor experiundæ fidei, ut certum experimentum habere possimus, an uere & perfecte credamus, an firmiter & plenitudinem fidei habeamus, ut simus perfecti & sancti toti, ut Christus & tota scriptura nos



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

tubet et hortatur. Hinc qui iustus est, iustificari debet adhuc, & qui sanctus est, sanctificari debet adhuc, ut corpus peccati mortificetur, & spiritus in nobis au-  
 gescat & uiuificetur, ut simus perfecti & sancti, quæ-  
 admodum pater noster cælestis, perfectus et sanctus est. Hinc Christus & Apostolus longè diuersissi-  
 mo modo à Lutheranis docere solent. Lubent enim nos  
 esse perfectos & sanctos: Et Apostolus hortatur  
 nos fidei nostræ experimentum capere, ij. Corinth. ult.  
 inquit: Vos ipsos tentate, nū sitis in fide, uos ipsos  
 probate: An nō cognoscitis uosmetipsos, q̄ Christus  
 in uobis est? nisi sicubi reprobi estis. Reprobi autem  
 sumus, cum nō perfectè credimus, cum plerophoriam,  
 plenitudinem, certitudinē fidei nōdum affecuti sumus,  
 cū Christus nondum perfectus uir in nobis natus &  
 formatus est, ut infantes & pueri simus, quibus lacte  
 sit opus, non solido cibo. Debemus equidem quotidie  
 in cognitione domini nostri Iesu Christi crescere, do-  
 nec Christus formetur in nobis, in mensurā ætatis ple-  
 næ adultæ Christi, ut loquitur Apostolus ad Gal.  
 iij. & Ephe. iij. ut amplius nō simus pueri et infantes,  
 qui fluctuamus et circūferamur quouis uento doctrinæ,  
 sed ueritatem sectantes, in charitate adulescamus in il-  
 lum per omnia, qui est caput, uempe Christus.



## OSIANDRISMVS ET LVThERANO

Hæc diuina & plane cælestia mysteria doctrinæ Christianæ tam aperta, tam clara, tam ubiq; in sacris scripturis obuia, ter cæci Lutherani & Ecclesiæ Norinbergen. non uiderunt, perfectionem & plenitudinem ueræ doctrinæ euangelicæ plane ignorantes, & infinita mendaciorum portenta, uera signa & prodigia fallacia & mendacia Antichristi docentes, & in totum Christianum orbem spargentes atque disseminantes.

Apertissime itaque liquet, totam Osiandri inductionem de arbore non ferente fructus bonos, & de iniusto qui per opera bona, ut ipse asserit, iustificari non debeat aut possit, totam esse falsam impiam & sophisticam, æquiuatione & ignoratione uocabulorum fallacem, meras imposturas Babylonicæ meretricis contra uerbum dei impudenter fornicantis. Ac quiuocat enim hoc uerbum & opera, & hoc uocabulum & iustus, nihil discernens inter opera carnis & spiritus, inter uere iustum & iustificandum, inter perfectam iustificationem & imperfectam, tam subtiliter, astute & perplexe, imò tam stulte & inepte, ut nescias, ignorantianæ & cæcitate peccet magis, an obstinata & satanica malitia & fraude.

Nec uerum est, quod sophisticè fallaciter &



## RV M ANTICHRISTIANISMVS.

æquoce infert ex sentētia, qua scriptura iubet, ut qui iustus est, iustificetur adhuc, & quod iustificatio in iustificatione crescere debeat ex fide tantū, & nō ex operibus, quia teste Paulo iustitia dei reuelatur ex fide in fidem, & non ex fide in opera. Quia hic rursus aduersarius ille impostor ludit & fallit lectorem & auditorem æquiuatione uocabulorum. Non enim distinguit inter opera carnis & opera spiritus & fidei. Nam qui iustus est, maxime debet iustificationem suam augere & constabilire operibus spiritus & fidei, quæ nihil sunt, nisi uita & spiritus atque adeo effectus fidei. Neesse enim est, ut fides Christi & uerba fidei fiant in nobis spiritus, & uertant carnem nostram in spiritum, & amplius non simus in carne, sed in spiritu. Vt corpus peccati usque in mortē aboleatur & mortificetur, & spiritus in nobis augeatur & uiuificetur: ut iam sæpius dictum est, et toties dicendum & inculcandum erit, quoties aduersarij suas nugas & ineptias, contra tam claram uerbi ueritatem obijciunt, ut ueluti clauus clauo retundatur, & ueritas uerbi tanquam Echo contra mendacium reclamet. Nam iustitia dei reuelatur ex fide CHRISTI in fidem nostram, per uerbum fidei regenerandam, ut nos uerbo fidei credamus. Quādoquidem iustitia est



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes eos qui credunt, Roma. iij. Verbum enim & fides Christi neminem saluat, nisi eum, qui uerbo illius credit, & qui spiritu Christi uerbum dei apprehendit ac retinet: Ut iustificatio ex uerbo per fidem in charitatem procedat & perficiatur, ut ex uno uerbo fidei, per unum uerbum fidei, in unum uerbum fidei consummati faciamus in unum, ut in charitate plerophoriam, plenitudinem & certitudinem fidei retineamus: Et sciamus, non credamus tantum, nos de morte translatos esse ad uitam, quia diligimus fratres, ut superius latius explicatum est. Præterea qui fidem, uocationem & electionem suam per opera spiritus auget, confirmat, & certam facit & perficit, is nullam fiduciam in opera sua collocat, ut hic peruerse fingit Osiander. Quia ex uirtute dei, non sua, operatur, & opera fidei & spiritus præstat, agnoscitque opera quæ facit, sua non esse, sed dei, fidei & spiritus Christi, gratuita et inenarrabilia dona dei. Non habet igitur de quo gloriari possit, quemadmodum Abraham de præstantissimis suis operibus gloriari non poterat, quia ex gratuito dono dei crediderat deo, & imputatum erat ei ad iustitiam, & merces imputata secundum gratiam, & non secundum debitum. Falsa itaque, inepta & sophistica



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Sunt omnia quæ hic garric Osiander, non perspiciens, quod sit iustitiam dei reuelare ex fide in fidem, & quo modo iustus ulterius sit iustificandus, & sanctus amplius & ulterius sanctificandus, ueræ iustificatiõis & salutis consequendæ rationem minime intelligens. Sed quid quæso intelligeret ter miser & desolendus Osiander, qui uerbum fidei & unitatem uerbi, tanquam primum fundamentum sacrarum literarum nunquam comprehendit & intellexit? Quomodo tandem consummationem, plenitudinem & finem legis & fidei uideret, qui initium & primum principium illius semper ignorauit, & ueluti in ipso uestibulo offendit?

Hinc etiam ad obtegendos suos grauissimos errores, & quo commodius senatui & reipub. Norinbergen. & Christiano orbi toti tenebras offunderet, quo denique facilius lectores & auditores huius causæ falleret, consinxit ex suo capite, non Gymnosophista, sed plane Onosophista ille, extra uerbum, imò contra uerbum & consensum totius scripturæ, duplicem rationem iustificandi, & duas iustificationes, quarum alteram appellat effectiuam, non quidē ab effectu, sed à causa efficiente. Sic enim commodum erat calumniatori, qui uerbum docet sine effectu, & fidem sine ueritate, qui factum separat à uerbo, charitatem à uerbo

ddd



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

& fide: In summa, effectū à sua caussa. Alteram uo-  
 cat ineptissime & stultissime declaratiuam, fundamē-  
 to sumpto à loco Lucae vij. male intellecto, non perspi-  
 ciens, quid sit iustificare deum, ut superius quoq; di-  
 ctum est. Per hanc duplicem & geminam iustificati-  
 onem, contra unitatē uerbi excogitatam, conatur omni-  
 bus erroribus suis mederi, & impiam suam doctrinā  
 ex omni parte defendere, qua deniq; ausus est impro-  
 būs & blasphemus Abrahamum patrem omnium cre-  
 dentiū & typum totius fidei, ex operibus fidei & spi-  
 ritus esse iustificatum negare: uolens nimirum insti-  
 gni & omnium præclarissimo atq; primario exemplo  
 totius fidei doctrinam & rationem extinguere. Quo  
 autem hoc mysterium summum, & præcipuum fidei ex-  
 emplum, ab hac tam graui & atroci iniuria certius &  
 illustrius uendicari possit, placuit primum uerba sa-  
 crilegi illius præstigatoris, deinde locum Iacobi, ter-  
 tio locum Apostoli Pauli Rom. iij. ubi Abrahami  
 ca fides elegātissime & copiosissime describitur, ocu-  
 lis subiungere, & ad uerbum adscribere: ut ueritas hui-  
 us cōtrouersæ nō solum animo cōprehendi, sed etiam  
 sensu oculorū spectari possit. Ad extinguendum igitur  
 & abolendū totius fidei exēplum & typum omnium  
 uere credētū, sic inq; Oslander: Quod autē Iacobus ait



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Abrahamum ex opibus iustificatum esse, nullo mō de iustificatione effectiua, de qua hic agimus, intelligi potest (ecce hic iustificationem effectiuā inducit, ac si de hac inter nos planē conueniret, & nulla de ea controuersia esset. Deinde subiungit) sed tātum de iustificatione declaratiua, de qua nulla unq̄ fuit controuersia. Considera quæso lector inauditam calumniatoris audaciam, q̄ hic magnifice prædicat iustificationem declaratiuam, ac si eam tota ecclesia agnosceret, quā tamen antehac nemo, nec à quoquam suorum nominare quidem sic audiuit. Postea infert inquiring: Manifestissimum est enim, Abraham offerēdo filium suum nō iustum effectum esse. Sed cum circiter uiginti octo annis antea per solam fidem in promissionem dei de Christo sibi factam, iustificatus fuisset, offerendo filium insigne testimonium iustitiæ suæ consecutus est. Et addit ad falsam inductionem impiam cōfirmationē, ingens: Imō totus ille Iacobi locus tātū ad declarationē iustitiæ fidei pertinet. Hac doctrina, hæc uerba Osiandri sunt, quibus Abrahamum tanquam exemplum totius fidei, in theatrum orbis Christiani ad imitandum producit, ut certa ratio & lex fidei à nullo mortalium apprehendi possit.

Nunc paucis ecōtrā audiamus, quomodo aposto

ddd ij



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

lus Iacobus constantiam & firmitatem fidei Abrahamicæ nobis semper & ubique imitandam depingat atque describat, ut planissime intelligere liceat, quantum doctrina illius impij impostoris ab apostolica doctrina dissideat. Apostolus Iacobus longe diuersissime Abrahamum credentem nobis proponit. Sic enim Iacob. ij. ait: Quæ utilitas fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, facta uero non habeat? Num potest fides saluum facere illum? Quod si frater aut soror nudi fuerint & egentes quotidiano uictu, dicat aut aliquis uestrum illis: Abite cum pace, calescite & saturimini, non tamen dederitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides, si facta non habuerit, mortua est per se. Sed dicet aliquis: Tu fidem habes, & ego facta habeo: Ostende mihi fidem tuam ex factis tuis, & ego ostendam tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis quod deus unus est? Recte facis, et demonia credunt, ac contremiscunt. Vis uero scire homo inanis, quod fides absque factis mortua sit? Abraham pater noster, nonne ex factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium suum super altare? Vides quod fides adiumento fuerit factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et impleta est scriptura quæ dicit: Credidit Abraham deo, & imputatum est illi ad



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

iustitiam, & amicus dei uocatus est. Et cōcludit tandem & infert Iacobus: Videtis igitur, q̄ ex factis iustificetur homo, & non ex fide tantum?

Nunc uideamus pariter, quomodo Apostolus Paulus Ro. iij. patrem omnium credentium & ueram fidem abrahamicam, diuino quodam penicillo, ueluti in tabella depictam, nobis spectandam & emulandam proponit, ut facile conijcere liceat, Paulum & Iacobum idem uerbum, eandem doctrinam atq̄ eundem spiritum Christi habuisse & prædicasse, & epistolam Iacobi, tam esse apostoli & illius quidem, cuius nomē habet & præfert, quam epistola ad Romanos absq̄ controuersia est Pauli, qui loco iam adducto de plerophoria certitudine & plenitudine fidei abrahamicæ sic loquitur: Non enim per legem promissio contigit Abrabæ aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iustitiam fidei. Etenim si hi qui ad legem pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides & irrita facta est promissio. nam lex iram operatur. Siquidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut secundum gratiam firma sit promissio uniuerso semini, non ei quod est ex lege tantum, uerum etiam ei quod est ex fide Abrabæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: Patrem multa-



OSIANDRISM VS ET LVTHERANO

rum gentium constitui te, nimirum ad exemplum dei cui crediderat, qui uitæ restituit mortuos, ac uocat ea quæ nõ sunt tanquam sint, qui præter spem sub spe credidit se fore patrem multarum gentium, iuxta id quod dictum est: Sic erit semen tuum. Ac non infirmatus fide, haud considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, cum centum ferè natus esset annos, nec emortu-

am uulua[m] Sarae. Verum ad promissionem dei non  
 hesitabat propter incredulitatem. Sed robustus factus est fide, tribuens gloriam deo, certa persuasione  
 concepta, quòd is qui promiserat, idem potens esset  
 & præstare. Quapropter etiam imputatum est illi  
 ad iustitiam. Non scriptum est autem propter illum  
 tantum imputatum fuisse illi, sed etiam propter nos,  
 quibus imputatur credentibus in eum, q[ui] excitauit Iesum  
 dominum nostrum à mortuis, q[ui] traditus fuit p[ro]pter pecca-  
 ta nostra, & excitatus est p[ro]pter iustificationem nostri.  
 His uerbis depingit Apostolus, nõ describit solũ, he-  
 roicũ illud exẽplũ Abrahamicæ fidei, & quo pacto  
 rediderat primus oim fidei nostræ pater, ut omnibus  
 Christi fidelibus statueretur insigne imitationis exẽplũ.  
 Abraham enim primũ oim credidit uerbo dei, cũ ei di-  
 ceretur: Noli timere Abraham, ego p[ro]tect[or] tuus &  
 merces tua magna nimis. Et deinde cũ ei p[ro]missus esset

Certa persuasio  
 ne concepta, in  
 uulgari transla-  
 tiõne est, plenissi-  
 me sciens, in gre-  
 co textu πληροφο-  
 ρησίῃ, hoc ẽ, ple-  
 rophoriã, certu-  
 tudinẽ, plenitu-  
 dinẽ, finẽ & con-  
 summationẽ le-  
 gis habes. Finis  
 autẽ, cõsumma-  
 tio & plenitudo  
 legis ẽ dilectio.  
 In graeco textu  
 est τὸ πλήρωμα νό-  
 μου, plenitudo  
 legis, quã nihil  
 apphẽdere põt  
 q̃ plerophoria  
 fidei, ut aposto-  
 lus Heb. 10 in  
 graeco textu no-  
 minat & docet.



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Isaac, & semē innumerabile, sicuti stellæ cæli: cā rē  
admodū lætā facile credidit Abrahā à deo præstan-  
dam, & imputatum est ei ad iustitiam, Gen. xv.

Hoc erat initium & fundamentum fidei & iu-  
stificationis suæ, & prima sanè apparitio & uisio,  
qua deus ei per fidem innotescere uoluit. Hoc itaq;  
iacto fundamento & principio fidei in Abraham,  
deus deinde secundo apparuit ei, & exegit ab eo  
plerophoriam, plenitudinem, perfectionem fidei iusti-  
tiæ & iustificationis suæ, Genesis xvij. ubi historia sic  
habet & inquit: Postq; uero nonaginta & uouem an-  
norū esse cœperat Abraham, apparuit ei dominus,  
dixitq; ad eum: Ego dominus omnipotens: ambula co-  
ram me, et esto perfectus. Deinde proponit deus fœ-  
dus & pactū inter sese & Abraham illusq; semen.  
Ecce hic in secunda apparitione deus proponit man-  
datum suum, & iubet ut maneat in uerbo, ut ambulet  
coram se & sit perfectus, & ait imperatiuo modo iu-  
bens & mandans: Esto perfectus. Audis hic ô Lu-  
therane atq; etiam ô Romane: Ego dominus omni-  
potens: ambula corā me, & esto perfectus: perfectus  
esto, inquit. Hic nullas audis reliquias peccatorū, sed  
plerophoriam, plenitudinem & perfectionē fidei exi-  
gi, non solum monacham Lutheranorum fidem.



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

Deinde sic instituto, & per uerbum dei ad perfectionem & plenitudinem fidei catechizato Abrahamo, audi quaeso, quid fecit clementissimus deus, ut uerbum fidei suae in Abrahamo certissimo signo atque adeo facto & re ipsa confirmaret & stabiliret. Tertio apparuit, & uisitauit Saram uxorem Abrahamae sicuti promiserat, & impleuit quae locutus est. Quia Sara concepit & peperit filium in senectute sua tempore quo praedixerat ei deus, & natus est Isaac, Gene. xxj. Et sic uerbum domini ad Abraham & Saram uerbo promissum, ueritas & opus carnale factum est. Quia quod deus locutus est per uerbum factum fuit, & re ipsa praestitum carnaliter corporaliter & uisibiliter, quandoquidem natus est Isaac corporaliter et carnaliter typus Christi, uisus in carne. Cui itaque deus uerbum suum ad Abrahamam et Saram factum et promissum facto praestitisset, & re ipsa promissioni suae satisfecisset, ut oculis uideret uerbum dei opus in Isaac esse factum, ut dubitare amplius non posset, quia uidebat Isaac ludentem & uiuentem, tandem uolebat deus tanquam bonus catechista, peritus & prudens magister, uerbi sui experimentum facere, an uerbum fidei suae re ipsa & in carne in Isaac exhibitum, uere in patre Abrahamam habitaret, ut tam uere & certo Abraham uerbo dei cre-



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

deret, quàm uere & certo deus uerbū fidei suæ præ-  
 stiterat: Vt uerbum, fœdus & pactum dei inter de-  
 um & Abraham illiusq; semen, esset opus perfe-  
 ctum, & factum factō pensaretur, non uano uerbo fa-  
 ctum dei luderetur & irrideretur: ut uerbum dei sit in  
 nobis factum, fides, ueritas & charitas dei, uera in no-  
 bis dilectio atq; incarnata quædam charitas. Eapro-  
 pter deus quarto apparuit Abraham, uolens facere  
 periculum & certum capere experimentum, an Chri-  
 stus, hoc est uerbum fidei, uere fuerit & habitauerit  
 in Abraham iuxta uerbum Apostoli, qui ij. Corin.  
 ultimo inquit: Vos ipsos tentate, num sitis in fide, uos  
 ipsos probate. An non cognoscitis uosmet ipsos, q; Ie-  
 sus Christus in uobis est? nisi sicubi reprobis estis. Tē-  
 tauit itaq; deus Abrahamū, & iussit, ut immolaret  
 Isaac, in quo tota spes posteritatis seminisq; posita  
 erat. Hic Abraham, qui uiderat uerbum dei in Isa-  
 ac ueritatem & opus carnale factum, fidem dei ueri-  
 tatem esse, clarissimo & admirabili factō factum dei  
 pensauit, & Isaac imolare uoluit, nihil addubitans p-  
 pter incredulitatem: sed robustus factus fide, tribu-  
 ens gloriam deo, persuasionē concepta & πειθοποιηταίς,  
 planissime sciēs q; ex imolato Isaac deus potēs esset p-  
 missionem sibi factā præstare, q; audierat à deo suo:  
 Ego dominus omnipotens. Ambula corā me & esto



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

perfectus. Illa autem erat plenitudo et perfectio fidei, ut uerbum dei quod uiderat Abraham in Isaac ueritatem et opus factum, factum praestaret, et praestantissimum beneficium dei et factum, clarissimo facto praesaret, ne uerbum dei mendacium argueret: quandoquidem qui non credit deo, mendacem fecit eum, quia non credidit in testimonium, quod testificatus est de filio suo, hoc est, de uerbo fidei abbreviato, ab aeterno increato, et in tempore in Christo incarnato.

Praestantissimo igitur hoc diuino et plane heroico fidei et obedientiae facto ab Abrahamo exhibitum et praestitum, quo uoluit ad uerbum et mandatum dei multo dilectissimum suum Isaac immolare, audit ab angelo dei: Nunc cognoui quod timeas deum, et non peccasti unigenito filio tuo propter me. Deinde secundo atque iterum audit Abraham a domino: Per memet ipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti hanc rem. Quia fecisti inquit: Non quia credidisti tantum: et non peccasti filio tuo unigenito, Benedicam tibi et multiplicabo seminem tuum, sicuti stellas caeli, et ueluti arenam, quae est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicetur in nomine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti uoci meae. Quia obedisti ait, non quia more Lutheranorum uana, monacha, solitaria et mendaci fide credidisti tantum. Nam quemadmodum uerbum sine facto non est uerum, sed mendacium, non uerbum dei, sed diaboli: ita si



RVM. ANTICHRISTI ANISMVS. ○

des sine ueritate opum, sine lege spūs, nō ē fides Chri-  
sti, sed Antichristi, non uerbum fidei, sed incredulita-  
tis, ipsissimus spiritus Antichristi, qui ab ore patris  
omnium mendaciorum prodit, nunc spiritu Christi iu-  
gulandus & foras eijciendus, ut Christi nomē exalta-  
tum & illustratum omnes trahat ad seipsum, Ioh. xij.

Vides igitur o Lutheranissime et Antichristia-  
nissime Ostiader, si mō prae claritate & nimio luminis  
fulgore sup splendorē solis septēpliciter splēdescētis,  
hactenus uidere potes & uidere uelis, quo pacto hae  
abrahamicae historiae, paulo copiosius & plixius indu-  
ctae, tā impiā & sacrilegā doctrinā tuā uel me tacēte  
iugulēt atq; cōfodiāt, ut me totius reip. Norimb. et to-  
tius etiam Germaniae noīe, si mō purus Germanus ac  
nō potius græcogermanus esses, nō solū pudeat ac pē-  
geat, sed planē etiā misereatur. Præterea uides nūc,  
mō mētis oculos apire uelis, q̄ bellē apostolo Iacobo cū  
Paulo i articulo iustificatiōis p oīa cōueniat, q̄ idē uer-  
bū, eandē doctrinā, eūdē spūm doceāt, & nihil p̄sus  
inter sese dissideāt, sicuti Pauli doctrina à Christi ni-  
hil dissidet. Nā quod Iaco. hoc loco dicit: Vidētis igi-  
tur q̄ ex factis iustificetur hō, nō ex fide tātū: idē Pau-  
lus apost. asserit, cū Ro. ij. inqt: Nō enī auditores le-  
gis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabun-  
tur. Audisne factores legis, non auditores iustificari?



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO,

Et q̄ eisdem ferē uerbis enunciat Apostolus Paulus quod Iacobus, unum & idem uerbum Christi, nō Antichristi docentes, doctrinā uerā noui testamēti, nouae Hierusalē, nō Babel et cōfusionis. Sed rogo te Osiander p̄ grācā fidē & sanctitatē tuā, p̄ nomen tuū & q̄ cupis esse id quod appellaris: Dic mihi, quid ita ad illū locū Pauli Ro. ij. iam adductum, ubi inqt: Nō auditores legis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabuntur, nihil respōdisti? imō ne meministi quidē, atq; adeo ne uerbo uno attigisti, tanq̄ à scylla & charybdi atq; periculosissimo scopulo cauēs, ne ī causam Antinomorum, ex qua te explicare nō potuisses, incideres. Et Iacobum cū Paulo p̄petuō concordē & conuenientē, idem uerbū unitatis et trinitatis docentē, p̄ Babylonicā tuam doctrinā & sophisticam, quantūuis acutā & trifurcā, disidentē facere nō potuisti, aut ullā discriminis rōnem inter apostolos illos indicare. Afferis tibi causam Antinomorū totā cognitā nō esse, & recte quidē afferis, cum non solum antinomicā, sed ne nomicā quidē & legis causam, atq; etiā scopum totius scripturæ unq̄ cognitum habueris. Cōclusiōes antinomicas & habes & habuisti & legisti saepius: sed errorē grauisimū & p̄niciosissimū in doctrina Lutherana cōfiteri non uis. Totum Lutherismū, quin potius Antichristianismū & meretricē magnā sp̄ūalem in



◊ RVM ANTICHRISTIANISMVS. ◊

Patua iustificatione opus nihil est: quia ex opibus fides  
cuiusque declaratur, consummatur & perficitur. Et quemad-  
modum unus est deus, unum uerbum & una fides, una ius-  
titia dei: sic est nisi una uera iustificatio, quae per fi-  
dem monarcham unitrinam, non monacham et solitariam,  
apprehenditur & retinetur. Quod Osiander appellat  
deklaratiuam iustificationem, plerophoria plenitudo, cer-  
titude, perfectio fidei est, quae est charitas et dilectio,  
plenitudo consummatio atque finis legis fidei. Quam a  
iustificatione separare, aut asserere quod ea non iustificet:  
est totam scripturam puertere, & Christi Iesu fidem  
negare, charitatem ex pectoribus mortalium extinguere,  
& homines a cognitione sui ipsius atque dei, & consequenter  
a uita aeterna abducere. Nam haec est uita aeterna, ut  
Christus inquit, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem  
misi Iesum Christum. Christum autem, hoc est uerbum dei,  
uerbum fidei an habeamus, an Christus in nobis sit, co-  
gnoscere non possumus, nisi ex factis & opibus nostris.  
Homines itaque a factis et opibus, a mutua charitate et fi-  
ne legis, ad uanum & mendax uerbum abducere: dicere  
& docere, Sola fides iustificat, Opa et facta non iustifi-  
cant: nec discernere inter facta et opa spiritus & carnis:  
est homines & animas diabolico & Antichristiano more  
a uita aeterna abducere, & in gehenam et infernum pdu-  
cere, tranquillitatem reipsum, & suauitatem humanae so-

ddd iij  
eee



## OSIANDRISMVS ET LVTHERANO

cietatis & uitæ pturbare, ac prorsus euertere uelle.  
Sed nunc tandē tēpus est ut uela cōtrahamus, & apologiam nostram cōtra Osiandrismum cōcludamus. Nam reliq̄ errores & cōtradictiōes, falsa argumēta tiōes, et scripturarum deprauatiōes, quas ueluti uirus quoddam per totum corpus epistolæ diffudit, & alia quædam uana & inania, indigna sunt quæ pluribus refutētur: cum potētia & maiestas uniterini uerbi, atque firmitas doctrinæ monarchiæ & palingenesiæ fidei, quam hactenus in hoc scripto apuimus & demōstrauimus, satis abunde oīa uel me tacēte cōfutatura sit. In fine epistolæ onerat me calumniator atrocissimis quibusdam suspiciōibus, ac si Lutheranis bellum publicū mouere & inferre, & inuictiss. & sereniss. Ro. Imperatorē ac regē Ferd. ueluti classicum canēs, ad arma & bellū euocare uoluissē. Sed nunc expitur Osiander meaq̄dem sententia, cuiusmodi bellator sim, & q̄ non gladio carnis, sed spiritus pugnem atq̄ feriam. Nam ut mihi nō est lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus ptātes, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarū seculi huius, aduersus spirituales astutias i cælestibus, aduersus Romanos et Lutheranos antichristos, aduersus acerrimos crudelissimosq̄ hostes uerbi fidei et charitatis: ita arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed potētia dei ad demolitionē



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

Lutherismo fornicantē defendis: & scopum totius ne-  
 gocij & autorē atq; præceptorē & magistrum tuum  
 Mart. Luth. in arce & capite totius causæ turpissi-  
 me deseris, et patrociniū illius, cum maxime opus est,  
 suscipere detrectas? Leuissimus trās fuga, neq; in Lu-  
 therana, neq; in Romana, oim uero minime in Christi-  
 ana ecclesia fidē habens. A tuis etiam ipsiusmet col-  
 legis, atq; adeo à teipso dissides, & more gigantum  
 non solum  $\pi\sigma\omega\alpha\chi\sigma\mu$ , sed etiam  $\pi\sigma\omega\mu\alpha\chi\sigma\mu$  soles. Qua  
 fronte audes tam impudēter cōtra clara dei & aposto-  
 lorum uerba mentiri? *As Abrahamū ex operibus*  
*non esse iustificatum, neq; offerendo filium suum, iustū*  
*effectum: cum Abraham, nisi in grauisimā tentatio-*  
*ne diuino uerbo & mandato obedisset, & obedire uo-*  
*luisset, & uerbum dei in Isaac ueritatem & opus fa-*  
*ctum, factō fidei ueritate uerbi re ipsa cōpensasset &*  
*cōprobasset, fidē haudquāq; habuisset, neq; pfectus in*  
*fide fuisset. Quia sine factō uerbum uerum non est, sed*  
*mendax. Iacobus ait patrē nostrum Abraham ex fa-*  
*ctis iustificatū esse, tu negas. Idem apostolus inquit,*  
*q; fides Abrahami adiumento fuerit illius factis, &*  
*q; ex factis fides illius pfecta fuerit: Si fides illius ex*  
*factis perfecta fuit, igitur factis iustificatus fuit Ab-*  
*raham, quia iussus erat à domino esse perfectus. Vi-*  
*des q; ex diametro pugnet tua doctrina nō solū cū Ia-*

ddd ij  
 ccc



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
cobo, sed etiã cum Paulo & Christo: Iacobus asserit  
Abrahamũ amicũ dei uocatũ, quia fidẽ suam factis  
& clarissimis quidem factis cõprobauit. Idem asserit  
Christus Io. xv. ubi inqt: Vos amici mei estis, si fecerit  
tis q̄cunq; præcipio uobis. Ecce q̄ aperte & cõuenien  
ter consonat doctrina Christi cum Iacobo & Paulo.  
Paulus inqt: Non enĩ auditores legis iusti sunt apud  
deum, sed factores legis iustificabuntur. Christus uero  
ait: Non ois q̄ mihi dicit, Domine domine, intrabit in  
regnũ celorum, sed q̄ fecerit uoluntatẽ patris mei, q̄ in  
cælis est. Item Io. viij. Si filij Abrahamæ essetis, opera  
Abrahamæ faceretis. Ecce hic indicat Christus, q̄ filij  
Abrahamæ debent opera patris sui facere, nõ monacha  
Lutheranorũ fide credere tãtũ. Quid multis? nõ solũ  
tota et uniuersa scriptura hoc impũ et tot modis rei  
pub. christianæ puersum dogma oppugnat, sed etiã ra  
tio et naturæ lex diuinitus cordibus nostris inscripta.  
Et iterim nihil pudet Osiandriũ cõtra uerbũ unitatis  
ex suo onosophistico capite fingere duplicẽ iustificatio  
nẽ, quarũ alterã, ut supius etiã dictũ est, uocat effecti  
uã à causa efficiẽte, nõ ab effectu, q̄ ppetuo effectũ  
à sua causa et factũ à uerbo separat. Alterã uero de  
claratiuã, q̄ facta et declarationẽ factorũ et planẽ nul  
lã fidẽ habeat. si iustificatio uera est: sine effectu, facto  
& opibus nõ est. Si effectũ, factũ et opa habet, decla



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

munitionum, quibus armis consilia demolimur, & oëm  
 celsitudinem, quæ extollitur aduersus cognitionē dei,  
 & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obedi-  
 endum Christo. Et in promptu habemus uindictā ad-  
 uersus omnem inobedientiam: nisi celeriter impleta fu-  
 erit, o Ecclesiasta, uestra obedientia. Quæ in conspe-  
 ctu sunt, uidebitis. Quæ futura sunt, uidebitis, quàm in-  
 ductus sim uestimentis ultionis, lorica iustitiæ, & galea  
 salutis ad uindictam, quasi ad retributionem indigna-  
 tiōis hostibus Christi, et uicissitudinem inimicis meis.

Cum itaq; hactenus satis abunde uerbo ueritatis  
 & potentia spiritus dei ostenderim, me à conuicijs &  
 criminationibus ecclesiarum Norinbergen. & ad-  
 uersariorum meorū alienissimum, & adeo quidem, ut  
 omnia conuicia & probra, quæ in me impudenter con-  
 sinxerunt, in illorum caput, et præsertim Osiandri, re-  
 dudent atq; recidant: præterea, cum nunc clarissime  
 pateat, ueluti nouo lumine & sole in illustratiōe nomi-  
 nis & uerbi Christi exorto, doctrinam meam esse ue-  
 ram, piam, euangelicam & apostolicam, reipub. Chri-  
 stianæ et ecclesiæ non solum consentaneam & utilem,  
 sed etiam ad pacificationem discordiæ in religionis  
 causa, & ad reformandā & restituendam ecclesiam  
 Christi admodū necessariā, cælitus reuelatā & in ter-  
 ris demissā: aduersariorum uero dogmata esse non so-



OSIANDRISMVS ET LVTHERANO  
lū falsa, ficta, impia, scandalosa, reipub. Christianæ,  
politica vitæ & societati humanæ pniciosa: sed planè  
hæretica, sacrilega, & quod oim atrocissimū est, An  
tichristianica, ad extinguendum uerbum ueritatis, dia  
bolico & satanico astu excogitata: Eapropter in no  
mine domini nostri I E S U CHRISTI, illiusq;  
omnipotentissimi uerbi, fidei & charitatis, ab impia  
iniusta & crudeli condemnatione ecclesiarum, qua  
doctrinam meam, imò Christi Iesu cōdemnant, meq; ui  
tandum iudicant, Ad sanctiss. dominum D. N. Pau  
lum III. cui præsentem Microsynodum Norinber  
gen. dedico, & ad sacratissimos & inuictiss. Ro. im  
peratorem atq; regem, adq; reuerendissimos & illu  
striss. principes electores, reliquosq; principes & sta  
tus Germaniæ totumq; futurū concilium generale uel  
prouinciale prouoco & appello: ecclesias illos im  
pios & tot modis sacrilegos, cum tam solēniter & fra  
terne à me atq; à potentia & mysterio unitrini uerbi  
admoniti non respiscant, talionis cum auctario accu  
saturus, & tanq; supersticiosos idololatrias, Christo il  
liusq; uerbo periuros, pseudopphetas, seditiosos, et  
reip. Christianæ pniciosos, noua & inaudita dogma  
ta sacrae & apostolicae scripturae minime cōsentanea  
docentes, & Christum in uerbo suo flagellantes, cru  
cifigentes, & occidentes, ueros ministros & præcones



RVM ANTICHRISTIANISMVS.

*Antichristi, ecclesie Christi & spiritui ultori delaturus & denunciaturus. Et nisi breui specimen melioris mentis & poenitentiae dederint, in spiritu meo & Christi, ut olim Paulus incestuosum illū Corinthium, satanae traditurus sum, et in hoc impio ecclesiarum quaternio collegio, tale exemplum uirtute dei illiusq; uerbi toti Germania exhibiturus, ut omnes Lutherani hoc exēplo horribiliter territi, merito respiscere, & ab Antichristo & meretrice magna ad Christum illiusq; ecclesiam, & Hierusalem nouam conuer-  
ti atq; redire debeant, per patrem filium & spiritum sanctum, per uerbum fidem & charitatem Iesu Christi saluatoris nostri, Amen. Ex Colonia Agripp.  
x. Iunij Anno M. D. XL.*

ERRATVLA.

r ij, facie 1. linea. 1. lege p̄terierūt,	xx ij, fa. 1. li. 8. le. magis, an fin-
bb ij, fa. 2. lin. 21. lege ἀντιχριστός,	bbb iij, fa. 2. li. 21. lege Christus
dd ij, fa. 1. lin. 21. lege καὶ	ddd fa. 1. li. 2. lege quid sit
mm iij, fa. 2. li. 7. le. uerbi cōstare	ddd iij, fa. 2. li. 8. le. heroicum
oo ij, fa. 1. li. 3. lege Ofiandrum	& li. 20. le. crediderat.




Om̃is facta fit alea.

Om̃is facta fit alea.


*Eatur igitur quò Antichristianorum portenta & inimicorum iniquitas uocat, ut ostendatur potentia Christi in iugulando Antichristo, & ut annuncietur nomen Christi in tota terra.*

DOMINVS DEVS { VIDET,  
VIDEBIT, &  
PROVIDEBIT.






















Th  
1352